tatē ignorās ait ſe quoq; ī amorē eius iplicitū ſuſceptis uotis tādē euaſiſſe. ¶ Gracilem. p tenero poſuit. Teneri
āt adhuc graciles ſolēt eſſe & puellæ & adoleſcētes. ¶ Heu quotiēs fidē mutatoſq; deos flerit. p allegoriā hæc
dicuntẽ qbus ſignas tēpeſtatū modo mobiles eſſe meretricis huius blādicias. ¶ Miſeri quibus itētata. miſeros
eos ait quibus ignota & inexpta ſit huius meretricis fraudulentia. ſe aūt more eoꝝ qui euaſerunt maris picu-
la uota ſoluiſſe: q amore huius liberatus ſit. uidemus autem hodie quoq; pingere in tabulis quoſdam caſus
quos in mari paſſi ſint: atq; in fanis marinoꝝ deoꝝ ponere. ſūt etiā q ueſtem quoq; ibi ſuſpendūt diis ēt conſe-
crātes. ¶ Me tabulas ſacer uotiua paries. p tabulam uotiuā indicat maris potēti deo ueſtimēta ſuſpendiſſe.

Ad pyrram Ode Quinta.

¶ CHRI. Sūt. n. primi duo uerſus Ode tricolos aſclepiadæi. Tertius ferregratius q ē ex ſpōdeo dactylo: &
ſpōdeo ſic. grato Pyrrha ſub antro. Quartus glycōicus ex ſpōdeo & duobus dactilis ſic. ¶ Cui fla. uā. reli. gas
comā. ¶ Inuectiua ē i meretricē auarā. Sed rides illā more ſuo uexat. nam oē uafer uitium ridenti flaccus ami-
co dixit: laudat eius blanditias ſed quadā amātis inuidia. Duo. n. ſimul facit. nā & blāditias eius doloſas oſtē-
dit q amorē pferāt: & dolos occultēt. Et nō ſine felle diis grās agit q ab ea tanq̄ a naufragio in tutū portū ſe re-
pererit. ¶ Quis te puer. maximū poetæ artificiū. Primo. n. Pathos citat a tenella amātis ætate: cū & illū cōmi-
ſeratiōe dignū q puer: & ppea q nōdū expertus meretricū iſidias l huius laqos iciderit: & hāc iuidia accumulat
quā nō pudeat amātē puerū fallere: & utiẽ iterrogatiōe q ſemp ofoni uehemētiā addit. ¶ Quis puer: q̄ſi dicat
cui puero tāta puenit iſœlicitas. Itē qs puer ſit oſtēdat eā ita crebro ex ſua leuitate mutare amātes. ut nō facile
aliqs ſcire poſſit a quo ipſa ameẽ. ¶ Vrget te. q̄ſi amplectiẽ te anxius ne a ſe euoles. ¶ Gracilis. i. uiceo corpe &
nō nimiū turgido. Laudauerat aūt hūc amantē ab ætate: nunc laudat a pulchritudine: ut maior inde appareat
mulieris crudelitas: q talē deſerat. ¶ Multa roſa. itellectio ē. i. multis roſis: ſic Vir. Atq; armato milite cōplēt.
Perfuſus liqdis odoribus. cumulus eſt i uoluptate ut & adoleſcentē habeas & pulchrū & unguētis deliburū.
¶ Odoribus. i. unguentis q̄ odores effūdūt. Acroni tamē placet liqdis odoribus. i. ſeminali fluxu. i. qui abſol-
uerit cōcubitū. ¶ Antro grato. oſtēdit locū ruris amœnū pp umbras: & qa amœnū gratū illi ſit. uel gratū qa
tecta illius umbra alienos oculos in re pudēda fugere ualeat. Acron āt exponit antro. i. fornice quoniam mere-
trices ut ruri in antris concubebāt: ſic intra urbem in fornicibus. Antrum autem. i. ſpelunca græcum eſt. Heſio.
[Greek] ¶ Cui. cuius gratia & eſt expolitio: eadem. n. ſnia eſt quis puer
urget te: & cui religas comam. q. d. cui ut placeas comis te: & ſimul arguit eam dolis. Formā enim ſibi augent
mulieres ut illa aduerſus amantes utanẽ: ueluti aucupes utūtur rhetibus aduerſus aues. Coma autē grecum
eſt & pprie in mulieribus dr̄. Cæſaries uero i uiris: quoniā cedatur. ¶ Flauā. ſi Seruio credimus erit idicium
ipudicitiæ: cū ipſe aſſerat olim caſtas mulieres nō niſi nigro capillo fuiſſe uſas: citatq; illud ex Iuuēale. Sed ni-
grum flauo crinē abſcōdente galero. q̄ſi ſit illic ſnia poetæ. quod mulier auguſta cui crines eſſent nigri: ut ma-
tronalē pudicitiā fingeret cū ad lupanar tēderet flauos crines induceret: tamē Oui. cōtra ſtare uideẽ q i faſtis
de lucretia muliere omniū caſtiſſima ſcribat. Forma placet niueuſq; color flauiq; capilli. Quiq; aderat nulla
factus ab arte color. ¶ Simplex mūditiis: quia nullis rebus uacuas niſi corporis ornatibus. Munditiis ergo ut
abſint ſordes: uel iſpexit ad id quod latini mūdū muliebrē ornatū appellant: ut græci κοσμον. ¶ Heu. condo- Flere
let illi. ¶ Flebis fidē. ſ. eſſe fractam a te ut dicimus: flet amicum id eſt amici miſerias. Eſt aūt flere lachrymis. gemere
gemere eſt pectore: cū præ anguſtia in ſonū prorumpit. ergo & bruta ſub pondere gemunt & inanimata. Vir. plāgere
Gemuit ſub pondere cimba. Plorare eſt uoce flebili dolorē oſtēdere. hic implorare cum dolēdo auxiliū peti-
mus. Plangere eſt cū præ dolore pectus caputue aut aliud membrum percutimus. Eiulare ē elata uoce flere

Vociferare lamentari — quod eſt maxime mulierum. Vociferare nõ modo dolorem:ſed etiam indignationem uoce effrenata demonſtrare:nõnunquã uehemẽter clamare: Lamentari ẽ uoce querula & triſti oratiõe calamitatẽ teſtari. ¶ Motatos deõs.i.iratos ſecũdũ Acronẽ:qui illũ in baratrũ meretricũ ĩpulerint. Vel itellige deos.ſ. uenerẽ & cupidinẽ: quos a principio dũ amabaſ ꝓpitios expertus fuerat:nũc uero iratos cernet.hinc Lucanus. O faciles dare cũcta deos eadẽq; tueri difficiles. ¶ Et aſpera.cõpone ſic.puer q credulus nũc te aurea fruiſ:& qui neſcius auræ fallacis ſperat te ſemp uacuã & amabilẽ. ¶ Sperat:cmirabiſ ĩſolẽs æquora aſpa nigris uẽtis. ¶ Aſpera æquora: pulchra allegoria:qa ut maria ex trãqllis efficiũſ aſpa.i.noxia pp leuitiẽ uentoꝝ:& ẽ trãſlatio a tactu:qui aſpera nocẽt.ſic aius meretricis cuius auaritia tãq̃ caribdis qdã naufragiũ ẽ amãtibus:exaſpaſcit cũ mutaſ: neq;

Niger — amplius amat. ¶ Nigris.noxiis.niger.n.noxius eſt & malus:ut hic niger eſt hunc tu o romane caueto. Sic contra dicimus albũ bonũ. Iuue. Qui nigrũ in cãdida uertit. Itẽ niger mortuus. Idẽ. Per famã & populos nigros

Candidus — efferre maritos.ſic cãdidus ĩmortalis. Vir. Cãdidus ĩſuetũ miraſ lumẽ olympi daphnis. ¶ Emirabiſ: ualde mirabiſ. ¶ Inſolẽs:icõſuetus. Sic Terẽ. Quid tu athẽs inſolẽs. Ergo ꝓpterea mirabitur:nã admirantur q̃ ꝑter ſolitũ & opinionẽ accidũt. Magis ita cruciabiſ quoniã nihil tale timẽti hoc accidet. Eſt aũt ſtoicoꝝ ſententia: ut oẽs animi ꝑturbatiões grauiores ſint quãdo ĩopinãtes nos offẽdũt & impremeditatos. ¶ Aequora.ꝓ meretricis mutabilis igenio poſuit:& uẽtos ꝓpter crebrã mutabilitatẽ. Hinc Virg. Variũ & mutabile ſemp fœmina. Meretrix blãde attrahit:attractũq; crudeliter nudat:icõſtãtiæ maris ſimilis. Idq; iure de muliere dicas:quod Vir. de mari. Mene huic cõfideſ mõſtro? Et cæli totiẽs decepto fraude ſereni. ¶ Fruiſ: cohẽrete cũ ſũma ſua uoluptate:unde frui deo dicimus:& frui amicitia. & frui ſũmo bono. ¶ Aurea: pulchra & bona:ut illud. Inuide qd ſpectas? illa hic mi mortua uiuit. Illa meis oculis aurea ſemp erit. Vel aurea.i.diues. ¶ Amabilẽ.i. quæ ita te amat ut amari digna ſit. ¶ Vacuã.alieno ãmoſ uacuã:& tibi ſẽp uacãtẽ. ¶ Credulus.q facile tibi credat & nihil male ſuſpiceſ. Ergo tu crudeliſſima quæ tibi credentẽ fallas. Citat ãt cõmiſeratiõnẽ ab eo quod eueniat ꝑter ſpẽ:ſic Vir. Et nũc ille qdẽ ſpe multũ captus inani fors & uota facit. ¶ Auræ fa. Aura lenis ẽ & placidus aeris motus:ut uentũ nõ plene faciat res grata in caloribus. Poetæ tamẽ ꝓ uẽto ponũt:& ſepe ꝓ eo qui ꝓſper nauigãtibus aſſit:quẽ græci [Greek] dicũt [Greek].i.a cauda:quoniã a puppi ueniat. Vir. Proſequiſ ſurgẽs a puppi uẽtus euntes:ergo ut maneret i trãſlationẽ maris dixit credulus auræ.quaſi cõfidẽs ꝓſpero amori:q paulopoſt tamẽ falleret:ut uẽti fallũt nauigãtes. ¶ Capiſ ẽt aura ꝓ fauore:qa cũ flat i æſtate uideaſ æſtuãtibus fauere. Vir. Nũc quoq; iã nimiũ gaudẽs popularibꝰ auris. ¶ Miſeri.ſũt ii.qbus i gratia quoꝝ capiẽdoꝝ. ¶ Tu nites.tu ornaris.& ſic iſidias tẽdis. ¶ Intẽtata nã ſi tẽtata fuiſſes prius uitarẽt te. ¶ Me tabula.cõparauerat mulierẽ marinæ tẽpeſtati i q̃ naufragiũ facere poſſent q illa ſeqnſ.nũc manẽs i trãſlatione oſtendit ſe olim in ea tẽpeſtate naufragiũ feciſſe:ſed deoꝝ gratia:qbus uota fecerat e naufragio liberatũ eſſe & tabulã in tẽplo neptuni ſuſpẽdiſſe:quæ rẽ teſtaretur. Solebant.n.ex naufragio egeni effecti tabulã: in q̃ naufragiũ depictũ ẽẽt: circũferre.& illa ſibi uictũ mendicare. Perſius. Cũ fracta te i trabe portas: & Iuue. Et picta ſe tẽpeſtate tuetur. Ac demũ tẽplis eoꝝ deoꝝ:ꝑ quos euaſerant: ſuſpẽdebant. Suſpẽdebãt & ueſtes madidas: quibus euaſerant. Vir. Seruati ex undis ubi figere dona ſolebãt. ¶ Sacer paries.qa tẽpli. Muros.n.& mœnia dicimus: qbus urbs ambiſ.parietes aũt reliquoꝝ ædificioꝝ ſunt. Hac ergo trãſlatione indicat mulieris auaritiam aufugiſſe.

Argumentum Odes Sextæ.

¶ CANT. Sexta Ode Agrippã alloqtur:laudãs eũ ab rebus geſtis. Cũ quo & uariũ a carminũ dignitate:dicit.n.q homerico carmie ab uario ſcribetur fortis & hoſtiũ uictor Scribetur etiã qcqd nauibus aut eqs geſſerit eo duce miles ipſe uero tenuis:hoc ẽ lyricus tẽtabit minime talia dicere. Nec eis ſimilia q̃ achilles egerit aut ulyſſis errores. Nec ſæuã pelopis domũ:utputa tantali patris ĩpietatẽ ſæuitiãq; & odiũ Atrei & Thyeſtæ fratrũ:Oreſtis itẽ parricidæ furorẽ Nã grãdia ſunt & tragico digna boatu q̃li uarius utiſ. Inqt poſtea dũ pudor & muſa ĩbellis & debilis lyræ potẽs ingenii culpa uetat auguſti cæſaris laudes & ipſius agrippæ minuere: Quis dignæ ſcripſerit Martẽ adamãtina tũica tectũ hoc eſt loricatũ atq; pugnantẽ: Quis itẽ Merionæ magnanimi pugnã ſiue curule eius certamẽ ad troiã? aut qs diomedẽ ſupis parẽ auxilio palladis? Cõcludit itaq; cõuiuia potius & uirginũ ꝑlia ſe cãtaturũ.uel ſiqd amabiſ ipſi. ¶ Scriberis Vario: Ode eſt dicolos ſeu mauis Tetracolos tetraſtrophos: Cõſtat.n.ex tribus uerſibus aſclæpiadeis:de qbus ĩ prima ode. Ex q̃rto ãt glycõico de quo in ode ſupiori qnta. ¶ Vario:alibi i horatio nũc uarius nũc uarus

Varus Tucca — legiſ.ægloga ãt ſexta Marõis uarus ſemp. fuerũt ãt uarus & Tuca:ut ſcribit Euſebius: uergilii & Horatii cõtubernales & poetæ illuſtres:q æneidos libros poſtea emẽdarũt ſub lege ea ut nihil adderẽt. Eũ Horatius hic laudat:ſicut ẽt in buc. Maro.ubi ait. Te nr̄æ uare miricæ te nemus oẽ canet &c. ſunt autẽ q uelint uarũ & uariũ eodẽ tpe poetas diuerſos fuiſſe. Quintilianus præterea de uario meminit. ¶ Fortis. Magnanimus & uirtute

Homerus — ualẽs. ¶ Alite.i.auſpicio & omine optimo q̃li Homerus uſus ẽ in opibus ſuis. ¶ Mæonii carminis.i.homerici de quo Cicero ꝓ archia poeta ſic ait. Homerũ colophõii ciuẽ ſuũ eſſe dicũt. Chii ſuũ uẽdicãt. ſalamini repetũt. ſmyrnii uero ſuũ eſſe cõfirmãt:hæc ille. Eſt ãt ſmyrna in Mœonia regione phrygiæ urbs: q̃ ab multis homeri ꝓpria dicta eſt:ut ſcri. Stra. li. xii. ariſtoteles uero ut Plutarchus refert ſcripſit Mœonem Lydorum regem homerum pro ſuo natu educauiſſe. Quum itaque Mœonides a poetis appelleſ putemus uel ab Mœnia ob

¶ Sexta ode tetrãcolos tetraſtrophos ad Agrippam.

Scriberis Vario fortis & hoſtiũ
Victor mœonii carminis alite:
Quã rẽ cũq; ferox nauibus aut equis
Miles te duce geſſerit.
Nos agrippa neq; hoc dicere nec grauẽ
Pelidæ ſtomachum cedere neſcii:
Nec curſus duplices per mare ulyſſei
Nec ſæuam pelopis domum
Conamur tenues grãdia:dum pudor.

ſmyrnam uel ab Mœone rege dictũ Antipater epigrãmatum ſcriptor in homeꝝ epigrãma a tale cõpoſuit uti homeri
Plutarchus refert. Diceris ab multis colophõis alunus homere. Hic te ſmyrneum credit: at ille chium Quin patria
& ion quidã: quidã ſalamina ſuperbã Theſſaliã multi te genuiſſe ferunt. Sunt & qui memorẽt aliis te ſedibus
ortum. Sic uariis natus crederis eẽ locis. Dicere ſi liceat mihi phœbi oracula: cælũ Certa tibi patria eſt callio-
pea parẽs. Homerũ prꝫterea pidarus tum chiũ tum ſmyrneũ fuiſſe ait. Simõides chiũ. Ariſtarchus colopho
niũ: Ephorus cumæũ. quidã etiã ſalamniũ: qdã argiuũ fuiſſe dixerũt. Diõyſius thrax atheniẽſem putauit: ſi
lius uero a quibuſdã mœõis: ab aliqbus meletis fluminis exiſtimatus. ſcripſit poemata duo. Iliada & odyſſe
am. ambo nõ ab ipſo poeta ſed ab ariſtarcho grãmatico in numerũ uerſuũ diuiſa atq; diſtincta. Ilias qdem ge Ilias
ſta græcoꝝ & barbaroꝝ ꝑpter helenæ raptũ: ſed ꝑcipue achyllis ꝑclara in eo bello facinora contmet. Odiſſea Odyſ
uero ulyſſis ex troiano bello in patriã reditũ. quotq; ille labores errando ꝑtulerit: atq; ut reuerſus ultus fuerit ſea
inimicos oſtendit. hæc ex plutarcho. ¶ Quã rem cunq;: acronis & quorundã ordo hic minime conuenit: itaq;
ſic ordinãda uerboꝝ ſeries. ſcribetur itẽ ab uario res illa quancunq; rem ferox miles te duce geſſerit nauibus
aut equis. potes etiam conſtruere ſiue ſcribetur ut ſit talis loquẽdi modus. ¶ Agrippa: Marcus Agrippa hic in marcus
telligitur Cæſaris auguſti gener. nã eius natã iuliam habuit. A quibus cæſar ipſe ſortitus nepotes tris. Caiũ: & agrip-
Luciũ: & Agrippã. Neptes duas iuliã & agrippinam. Marci agrippæ auguſtus offenſis interuenientibus deſi- pa
derauit nõnunquã patientiã: & mecœnatis taciturnitatẽ. Autor in his Suetonius: Appiãus uero li. v. ſcribit: ꝙ
M. Agrippa e celtis: qui aquitani dicuntur. uictoriam perilluſtrẽ habuerit. ſcribit item i ſicilia Sextum Põpe- Celtæ
ium. Cn. pompeii filium iuniorẽ nauali prælio ab eodẽ agrippã deuictũ. ille. n. maria omnia deprædatiõibus aquita
infeſtabat. ita ꝙ romani maxima fame angebantur. hæc ex appiano. Suetõius aũt addit: ꝙ auguſtus agrippam ni
ipſum poſt naualem uictoriã in ſicilia cærulæo uexillo donauit. Vergilius etiã lib. viii. de eodẽ inqt: Parte alia Sex. Põ
uentis: & diis agrippa ſecundis arduus agmen agens. cui belli inſigne ſuperbum Tempora nauali fulgent ro- peius
ſtrata corona. Vnde aũt dicatur agrippa noſtrũ carmen de floribus te docebit. ¶ Hæc dicere: tua uidelicet ge-
ſta. ¶ Pelidæ ſtomachũ: ĩdignatione & iram achyllis pelei filii. patroclus. n. Neſtori. li. xi. iliados ait: probe. n.
ipſe cognouiſti qualis ille ſit: qua moroſitate: q̃ ſubito incurrat in culpationem: etiam culpa uacantium. ho- achillis
ratius item in arte ait. Scriptor honoratum ſi forte reponis achillem. Impiger iracundus inexorabilis acer iu- mores
ra neget ſibi nata: nihil non arroget armis. ¶ Cedere neſcii. ideſt inuicti: ferocis: inexorabilis: acris. ¶ Curſus
duplices: itus & reditus. ¶ Sæuam pelopis domum. Tãtalus iouis & plotes ſeu plotidis nymphæ filius fuit: Tãtalꝰ
ut ſcribit lactãtius. li. ii. th. fuitq; phrygiæ rex auctore Euſebio. qui ut habetur. li. vi. met. quum deos hoſpitio Pelops
ſuſcepiſſet: filium ſuum pelopem eis comedẽdum appoſuit: mentitus alias eẽ carnes: a quibus epulis dii oẽs
excepta cerere abſtinuerũt. Ceres enim illius humerũ edit. ob quod facinus Iuppiter illum in iferna detruſit
Collectis autem pueri membris illum i formam priſtinam reduxere. ſed quum deeſſet humerus ab cerere
ſola conſumptus: ex ebore dii fecerunt. Pelops deinde regnauit in pelopõneſo: quã a ſe dixit. genuitq;. ¶ Atre
um & Thyeſten: peloponneſi prius: poſtea Mycenaꝝ reges. in Mycenas enim regnum tranſlatum eſt: ut ſcribit Pelopõ
euſebius. ii. uero ut ſcribit lactãtius. li. iiii. th. alternis uicibus regnum regnabant. Verum Thyeſtes quum ſci- neſus
ret regnum penes eum fataliter manſurum: qui arietem uelleris aurei haberet. quem tum atreus regiam in atreus
greſſus plurimum cuſtodiebat: Corrumpens Europam fratris uxorem imperium ad ſe transferre poſſe iu- Thye
dicauit. hinc ab atreo eſt regno pulſus. deinde ficta gratia reconciliationis atreus fratrem reuocauit. Cui fili- ſtes
os ſuos appoſuit epulandos. Ex oraculo poſtea Thyeſtes cum filia ſua pelopeia cõcubuit: Vñ natus eſt Aegy- Pelope
ſthus qui atreum occidit. & agamennonem eius filium. Oreſtes poſtea agamennonis natus matrem clytem- ia
neſtram in patris ultionem occidit. Propter hæc igitur tot & tãta ſcelera. Horatius ſæuã pelopis domum ait. ægy-
De quibus quidem ſeneca poſtea Tragœdias fecit. ¶ Tenues. humiles: & ingenio imbecilles. arrogantiam ui- ſthus
tat. ¶ Grandia. ſ. ſunt prædicta omnia: & tragico digna boatu: quali uarius utitur.

¶ ACR. Scriberis uario fortis & hoſtiũ. Metrũ tribus uerſibus aſclæpiadeũ. q̃rtus glycõicus. Scriberis di
cit agrippæ. nauales ſeu terreſtres uictoriæ tuæ ſcribẽtur a uario perfecto oratore: Cæterum ingenium ſuum
impar metroꝝ ludo deditum laudes bellicas canere. ¶ Mæonii. Homerici: qui de mœõia fuit. ſ. itali carmie
ſcriberis a uario qualiuſus ẽ Homerus. ¶ Alite. auſpicio ſiue bono omine. ¶ Ferox. fortis. Nos agrippa. uoca-
tiuus caſus. ordo talis eſt. quãcunq; rem ferox miles geſſerit te duce nauibus aut equis nos tenues: nec cona-
mur dicere hæc: nec conamur dicere grauem ſtomachũ pelidæ. ¶ Cedere neſcii: id eſt inuicti: ferocis. ut rum
pantur neſcia uinci pectora. nec conamur dicere duplices curſus ulyſſei per mare. nec conamur dicere ſæuam
domum pelopis: dum pudor: & muſa potens lyræ uetat deterrere laudes egregii Cæſaris & tuas: culpa igenii.
¶ Pelidæ ſtomachum: ſinecdochicos a parte totum. ¶ Nec. c. d. duplicis aut ꝑpter errores dictum: aut qa fer
tur doloſus: aut certe. d. propter annos. xx. Nam dum alii duces capta troia poſt. x. annos reuerſi ſunt: ulyſſes
ſolus poſt. xx. annos reuerſus ad patriam dicitur. ¶ Nec. ſ. p. Atreum & thyeſtem a quibus diis humanæ epu-
læ carnis appoſitæ ſunt: unde & tragœdiã uarius ſcripſit: quẽ & Vir. laudat: Nãq; adhuc Varro uideor nec di
cere cinna digna. ¶ Conamur te tenuat uires ſuas ac ſi diceret nos tenues non audemus grandia.

¶ POR. Scriberis uario fortis & hoſtium uictor mœonii carminis. Agrippam alloquitur: cuius rebus ge-
ſtis negat lyrico carmine ſatiſfacere poſſe: ideoq; a uario ea ſcribi debere. fuit ãt. L. uarius & ipſe carminis tra-
gœdiarum & elegorum auctor Virgilii contubernalis. ¶ Mœonii carminis alite. Vt ſi diceret Homericis au-
ſpiciis: ac per hoc homerica ſublimitati. notum autem inter opiniones quæ de natalibus homeri feruntur: &
hanc eſſe quaſi mæonis filius fuerit. ¶ Quam rem cum que ferox nauibus aut equis miles te duce geſſe-
rit. figurata elocutio. Nam cum dixiſſet ſcriberis: intulit quam remcumque miles geſſerit te duce. Simplex
autem elocutio erat. Scribentur res quaſcunq; miles geſſerit te duce. ¶ Nec curſus duplicis per mare ulyſſei:
amphibolum. nam & duplicis ulyſſei poteſt quod ſignificat callidi: poteſt & duplicis curſus per accuſatiuũ

pluralem accipi:ideſt itus ac reditus.nec ſæuam pelopis domum:notæ hiſtoriæ ſunt de tãtali genere: ex quo pelops ortus:deīde Arteus & Thyeſtes:deīde Oreſtes de quorum ſceleribus tragœdias compoſitas ſcimus. quarum ſtilus non niſi ſublimitate fertur.cui ſe negat hic poeta ſufficere.

Aggripam a rebus geſtis:& uariū ſub eloquentia laudat. Ode ſexta.

¶CHRI. Ode dicolos:primi.n.tres uerſus aſclepiadei:q̃rtus glicōicus ad.M.agrippā:cuius auctoritas ſūma erat apud auguſtū:cū oīa pene grauiora bella p eū gereret impator.de quo Maro.Parte alia uentis & diis agrippa ſcdis.Laudat & uariū poetā quē affirmat elegãtia dignitateq; ſui ſtili poſſe deſcribere ægregia facinora agrippæ q̃ ipſæ tenuitate ſui ſtili nō poſſit. ¶Fortis & uictor hoſtiū.nō ſupfluū ē cū fortē appellaſſet addere & uictor hoſtiū.nō.n.ſatis p ſe ē fortitudo ad uictoriā de hoſtib9 reportādā:niſi adſint & multæ aliæ uirtutes militares.Ergo ille quoq; aſſuere cū ſit uictor hoſtiū.¶Scriberis.q.d.mandabiť æternitati nomen tuū cū talis poeta tuas egregie geſtas res ſcribat.Non.n.fere aliter immortalis reddiť impator:niſi & ipſe magna facinora ediderit:& eū ſcriptorē nāciſcať:q multū eloq̄ntie ualeat.Q.d' & alexāder ille magnus apud ſepulchrū achillis ſignificauit:cū achillē ob id fœlicē dicat:q homericā tubā ſortit9 ſit.Puto āt hæc ſcripſiſſe Horatiū poſt profligatā antonianā claſſem.in qua pugna ille optimā operā auguſto nauauit. ¶Vario.i.a uario: quem & Virg.tanti facit ut dicat.Nā neq; adhuc uario uideor.nec dicere cinna digna:ſed argutos inter ſtrepere anſer olores.¶Et ſcriberis alite carminis meōii.i.eo auſpicio quo Hōerus ſcribit ſua poemata. Ergo ſcriberis elegātiſſimo ſtillo & poſuit auſpiciū pro facultate.q.d.q idē poterit Varius qd Homerus.Eſt āt auſpiciū pro potētia per quādā trāſlationē a magiſtratibus.nā qui iīdē auſpiciis creabanť:eiuſdē erāt poteſtatis: hinc Vir.Pariſbuſq; regamus auſpiciis.i.pari poteſtate.¶Meonii.quia Homerus ex meonia fuit.Quamuis multæ urbes de huius poetæ patria certēt.nā & colophon & ſmyrna & athenæ ſuū eē uolūt.¶Quā rem cumq; ferox.ordo eſt o agrippa nos tenues nō conamur dicere quācunq; rē miles te duce geſſerit nauib9 aut eqs.i. mari aut terra: neq; conamur dicere grauē ſtomachū pelidæ:nec curſus duplices ulyxis.ubi uideť cōparare facIora agrippæ & achyllis fortitudini:& ulyxis ſapiētiæ:& q̃ſi cōcludit q ſi poſſet ſcribere agrippā poſſet ſcribere aliqd par & iliadi homericæ ī qua laudat achillē:& odiſſeæ ī q̄ deſcribit ulyſſis ſapiētiā. Ex quo eliciť oportere ſe alterū eē Homeꝶ ſi ſua eloq̄ntia par hoīs uirtutibus eē uelit.¶Te duce.ac ſi dicat:tua prudētia:tuo cōſiglio & tua fortitudine.¶Agrippa & ſi nomē ꝓpriū ſit:tamē is agrippa dicebať q p̄miſſis pedibus ex materno uētre oriť:

Dicere quaſi æger partus.¶Dicere:deſcribere & laudare. Sic in prīo epiſtolaꝶ.Prima dictæ mihi ſumma dicēde camena:& Virgili.Cui nō dictus hylas puer & latōia delos.In cauſis aūt dicere is diciť qui defendit:Agere potius qui accuſat:hic addicere cōſecrare.Vir.Iunōi īfernæ dictus ſacer.i.addictus.Item deſtinaŕ. Cicero de of

addicere ficiis.Et is qui morti addictus eſſet:paucos dies cōmendandoꝶ ſuoꝶ cauſa poſtulaſſet.¶Stomachū.indignationē atq; iram:hinc ſtomachari indignari ſignificat:ut illud. Sectū ſtomacharis ob unguem. ¶Grauē. græcis pniciofum.uel grauem qui ab eo dimoueri non poſſet.Fabula apud homeꝶ nota. Agamennon captiuam chryſeida:quā uehemēter amabat:orāti chryſæ patri & redemptionē offerēti reddere neglexit.¶Appollo āt iuſtis precibus chryſæ ſui ſacerdotis motus peſte exercitū græcoꝶ affligebat.græci autē ut peſtem euaderēt auctore achille Agamennonē impulerunt:ut puellā redderet.At ille Bryſeidem Achillis captiuā:& ab eo uehæmenter amatam ſibi arripuit.Quod ita grauiter tulit achilles:ut deinceps a pugna ceſſaret: neq; amicoꝶ precibus:neq; muneribus placari potuit:ut ſæpiſſime in fugā ab Hectore uerſis græcis ſuccurere curaret. Ergo pelidæ.i.achillis pelei filii:neſcii cedere:ideſt cōcedere:ipſi iræ.¶Duplices.uel aſtutos & uafros: ut deſcribitur ipſe ab homero:uel duplicatos a curſu reliquorum græcoꝶ:cū illi decē annis domo abfuiſſent:ipſe uero uiginti. ¶Vlyxei:p ulyxis:eſt.n.datiuus græcus.quē latini pro genitiuo uſurpāt. ¶Sed mō per ſyneresim:

domus ut illud.Reliqas danaū atq; imitis achilli.¶Eſt.n.ἀχιλλεῖ & ἀχιλλεῖ:aut p dyereſim:ut hic.¶Domū. familiā.ſic Iuue.Sed cū tota domus:rheda cōponiť una.Aliquādo pro patria poniť:ut da ꝓpriā tymbreæ domū: da mœnia feſſis.ſed proprie habitaculū ipſum ſignificat domus.Virg.Aſt ubi iā patriæ puentū ad limina ſedis.Antiquaſq; domos:& per ſimilitudinē ēt quo ſeſe bruta recipiūt domos dicunt. Virg.in georgicis. Antiquaſq; domos uolucrū.Significat etiā templum. Iuue. Ante domū ueneris: quā dorica ſuſtinet anchon.Differt autē domiciliū a domo:nam domicilium eſt cū ſedes in aliqua urbe certas poſuimus tanquā ciues illius futuri.nā qui ad tēpus habitat:mox inde diſceſſurus:domū quidē poteſt habere quā cōduxerit:domiciliū āt nō habet.¶Sæuā:ꝓpter atreū & Thyeſtē fratres inter ſe crudeliſſimos.¶Tantalus filius iouis ſecūdū Euſebium:Phrygū rex fuit:Ericteo athēis regnāte:ex taygete filiū pelopē genuit:& cū deos cōuiuas accepturus eēt. ob auaritiā pelopen epulādū dedit.Nullus aūt præter cererē ex eo guſtauit.illa humerū exedit:ſed dii eburnum reſtituerūt & per Mercuriū eius animā ab inferis reuocarūt.unde Virgi.Humeroq; pelops īſignis eburno.A pelope peloponeſum dictā uolūt.ex pelope & hippodamia uxore nati ſunt Atreus & Thyeſtes;qui alternis annis in pelopōneſo regnātes in maximas diſcordias inciderūt:operante id Mercurio ſecundū Lactātium ut cædem myrtoli filii a pelope in mare deiecti ulciſceretur.Erat præterea atreo aries aureo uellere inſignis: quem cupiēs thyeſtes ratus ē ſe per cōcubitū meropis:uel ut alii dicunt europes illius uxoris cōſequi poſſe. ¶Itaq; ex illa tres filios genuit:quos deinde ſibi neſcio atreus epulandos dedit.Quo tēpore ſolē ne tale aſpiceret facinus:in orientem rediiſſe dicūt.Quod fingitur quia eclypſim ea tēpeſtate factā & antea ignoratam demonſtrauit. ¶Hanc tragœdiam ſcripſit Varius: de quo paulo ſupra. ¶Tenues.qui ſumus tenui ingenio. Et in animo tenuis defectum ſignificat: Subtilis uero acumem. Cicero orator ſubtilis: ſed parum uehemens. Non conamur ergo quæ grandia ſunt:qa pudor qui ꝓuenit ex conſciētia noſtre imbecillitatis & muſa noſtra potēs imbellis lyræ:uetat me deterrere.ideſt diminuere tuas & cæſaris laudes nō noſtra uolūtate: ſed culpa ingenii:quod mihi tenue eſt.¶Nec dixit ſimpliciter imbellis: ideſt imbecillis lyræ:ideſt carminis lyrici. qa illo etiam grandia deſcribuntur:ut ipſe alibi.ſed loquitur de ſuo proprio ſtillo quem elegit tenuē: ut Quiū.

oſtendit. Deterrere eſt aliquid de re diminuere: unde eſt deterior non peior: ſed minus bonus.

¶ANT. Imbellis lyræ: nequeuntis ac neſcientis bellica & alta deſcribere. ¶ Cæſaris & tuas. Auguſtus. n. & Agrippa cõtra Sextum Pompeium in ſicilia: ut diximus pugnarunt. Agrippæ tandem ultima belli puincia tradita. ¶ Deterrere. minuere: quæ. n. deterunẽ cõminuunẽ. ¶ Ingeni. ꝑ igenii per apocopen. ¶ Tunica adamãtina infrangibili. loricatum intelligit martem & pugnantem: quem apte tunc deſcribere difficilius eſt. ¶ Digne. ſcripſerit. ſ. ibelli lyra. ¶ Merionen: ſic legẽdũ ẽ: nõ Mẽnonẽ: ut qdã legũt. uerſus. n. nõ ſtaret: nec bene dicereẽ. Mẽnonẽ nigrũ troico puluere. cũ p ſe niger eẽt. Antiq ẽt textus Merionen hñt. Fuit autẽ Meriones ſeu Myriões Idomenei comes & patruelis: quod paſſim homerus oſtendit: & li. xiiii. ubi cõtra Deiphobũ pugnat. & lib. xxiii. in ludis patroclu exhibitis: ait. n. In certamẽ agit curruſq; rutaſq; uolucres myriones: terræ deſcẽdũt protinus omnes: Et poſtea. Erigiẽ pedibus ſublatus ad æthera puluis. Itẽ. Atq; in puluereo uolitantes æquore currus. Propter hæc igiẽ ait in puluere troico nigrum merionen: per quẽ ſane intelligit currule certamen ab Homero deſcriptũ. Diodorus ꝑterea li. v. ſcribit Minois fuiſſe filios Deucalionem & Molum. ex Deucaliõe Idomeneum: ex Mulu Myrionem genitos: cum nauibus. xc. ad iliũ cũ Agamẽnone profectos: euerſoq; poſtea in patria diem ſuũ obiiſſe: honorificeq; ſepultos deoꝝ honores fuiſſe aſſecutos. huꝝ ſepulchra in gnoſu hac oñ debanẽ inſcriptiõe. Gnuſi idomenei ſepulchrũ aſpice: in quo ego Myriõ Moli filius propiquus iaceo. hos ut nobiles heroas cretẽſes colebãt ſacris i belloꝝ diſcrimĩe eoꝝ præſidiũ inuocantes. ¶ Tytiden. De Diomede Tydei filio li. v. iliados ſic habeẽ. Hic iã Tytide Diomedi pallas athẽæ fulgorem uireſq; dedit: quo maior ĩ oẽs Surgeret argolicos aſpectu illuſtrat honoro. ¶ Superis parẽ: hoc ait quoniã iliad. li. v. dũ cũ ænea pugnaret Diomedes: Venerẽ filiu auxiliãtẽ pculſit i dextra: hic ait ĩpa marti conquerẽs. Saucia cõficior. Tytides ipulit in nos Mortalis ferrũ q cũ ioue furtius ĩpo cõſereret dextrã. Eodẽ libro pcuſſit etiã martẽ extrema uteri parte. qua ſ. lamia ferrea pẽdet. ¶ Sectis. i. effractis uel acutis & præparatis cõtra iuuenes. ¶ Vacui. ſ. amore: & ſecuri uel ab negociis liberi. ¶ Siue qd utimur. i. ſiue aliqd amamus: amãtes. n. urũẽ: hic ſapho ait. Vror ut idomitis &c. Vir. itẽ li. iiii. de didõe. Et cæco carpiẽ igni. itẽ Eſt mollis flãma medullas. Sæpe autẽ poetæ paſſiuo uerbo figurate iungũt actiũm. qd ẽt Priſcianus admonuit. hic Statius ait in ſyluis li. v. Carpiẽ eximiũ fato priſcilla decorẽ. Et Syllius li. i. Horrida labenti ꝑfundiẽ arma cruore. Lucãus li. ix. Pluribus ille notis uariatã pingiẽ alueũ. Oui. i Ibi. Belides aſſidua colla ꝑmuntur aqua. Nõ ꝑter ſolitũ. i. ex cõſuetudĩe. ¶ Leues. inſtabiles incõſtãtes: uani: ut amatoribus euenit. Concludit ãt uel amãs uel liber de amuribus potiuſq̃ de bellis ſe uelle ſcribeẽ. Cũ ſua muſa ibellis lyre ſit potẽs.

Merio-
nes

Deuca-
lion
molus
idome-
neus
Myrio
nes
Diome
des
Venus
ſaucia
ab dio-
mede
martis
uulnus
Paſſiuũ
uerbũ
cũ actõ

Imbelliſq; lyræ muſa potens uetat.
Laudeſ ægregii cæſaris: & tuas
Culpa deterere ingeni:
Quis martẽ tũica tectum adamãtina
Digne ſcripſerit? aut puluere troico
Nigrũ merionen? aut ope paladis
Tytiden ſuperis parem?
Nos conuiuia: nos prælia uirginum
Sectis in iuuenes unguibus acrium
Cantamus uacui: ſiue quid urimur
Non præter ſolitum leues.

¶AC. Imbellis: q neſciat res bellicas & altas deſcribere uel triſtes. ¶ Adamãtina tu. lorica. alluſit pp duritiẽ: nã bellũ in qbuſdã iſupabile ẽ. ¶ Nigrũ. iſtãtia certamis uirũ fortẽ pugnãdu ſquallẽtẽ. hic fortiter pugnauit in bello troiano. ¶ Tytidẽ. diomedẽ. ¶ Nus cõuiuia. i. tantũ ex uoluptatibus: ſcribimus: ordo ẽ. nos uacui cantamus conuiuia. ¶ Prælia uirginum. iuuenibus reſiſtentium. ¶ Sectis in iuuenes. in us iuuenum ad repugnandũ acutis unguibus & præparatis. ¶ Vacui. amore uacui. i. non amãtes & ſecuri. ¶ Siue qd urimur. i. amamus. qui. n. amat uritur. Vir. Vritur infœlix dido traxitq; p oſſa furorẽ. ſeu forte amãtes: & oſtendit ſe oi tpe ſeu amantẽ ſeu nõ amãtẽ: id ſtudii hẽre: ordo eſt. ſeu nõ præter ſolitũ: leues q urimur: nõ. n. præter ſolitũ leuis eſt dum ui tpe ſit incõſtans. ¶ Leues: nihil conſtantiæ hñtes: quæ ẽ cõſuetudo amatoribus.

¶POR. Culpa deterrere ingeni. belle culpa ingenii. hũanũ uitiũ ãt nõ aliud q̃ humilitatẽ uult itelligi. Deterre aũt minuere ſignat: & ex cõſequẽti quia quæ deteruntur cõminuunẽ. Quis martẽ tũica tectũ adamantina. i. quæ perrumpi non poſſit adamas. n. lapis duriſſimus. figurate autẽ negat ſe poſſe res bellicas ſcribere: Veꝝ Variũ potius q ſit homerico ſpũ. ¶ Nus ꝑlia uirginũ ſectis unguibus cãtamus uacui: utꝝ cũ uacui ſumus: an iõ hæc cãtamus: qa uacui ſumus. i. a negociis liberi: qd magis uidetur ſenſiſſe cũ ſubiiciat. nõ præter ſolitum leues. ideſt ex conſuetudine leues.

¶CHRI. Quis martẽ. ſentẽtia eſt q non audeat laudes Auguſti & agrippæ deſcribere. qa nõ id minus eẽt q̃ aut Martẽ aut diomedem aut ſimiles deos uel hæroas deſcribere. ¶ Quã rem ipſe imbelli muſa nõ ualet. Maxima ergo laus q ipſos iſtis comparet. Quis martem: quaſi dicat nullus: niſi egregius poeta. Martẽ tectũ tun. ad magna res deſcribere martem: ſed maxima cum fuerit in bello. ¶ Tectũ: defenſum. Tunica proprie ẽ ueſtis interior. hic pro lorica accipe. ¶ Adamantina. ifrangibili. ab adamãtis duritia: Adamas lapis quaſi idomitus dicitur. Nam a priuat. & δαμω græcæ domo ſignificat. Mẽnona: laumedontis frater fuit. Tytonus: hic ad orientalẽ regionẽ ꝑfectus multos populos ſubegit: & ꝑpter eius excellentiã aurorã in cõiugẽ ſumpſiſſe diciẽ. Neq; niſi i extrema ſenectute: quæ loquacior eẽ ſolet deceſſit. unde fabulãẽ illũ i cicadã fuiſſe cõuerſum Huius filius mennon in auxiliũ ueniſſe Priamo ab Humero tradiẽ. Curaſſeq; aurorã matrẽ: ut ifrangibilia illi arma Vulcanus fabricaret. hic Vir. Et nigri mennonis arma. Tãdẽ ab Achille iterfectus ẽ Diodorus tamẽ refert illũ ab aſſyriis: quoꝝ priamus uectigal eẽt: i auxiliũ Priamo cũ. xx. milibus pedini. & cc. curribus miſſum. Refertq; Solinus ſingulis annis ex æthiopia ad huius ſepulchꝝ cõuolare aues: & ibi iter ſe decertare. Nigrũ: quia æthiops puluere troico i pugnis apd Troiã gæſtis. ubi equorũ pulſu puluis excitari ſolet. ¶ Tytidẽ diomeden tydei filiũ qui auctore homero æneã Hectoreq; palladis auxilio uicit. Et uenerẽ cũ æneã filiũ ꝑ

tegeret uulnerauit. Quapropter ipſa apud Vir. Credo etiã ꝙ nũc mea uulnera reſtant: ergo fuit par ſuperis. ☞ Nos cõuiuia: quoniã grauiori ſtilo ad res altas pueire nõ poſſumus ſcribemus hæc minora. ☞ Prælia uirginũ: quæ uel pudore ductæ reluctãt cupidis amãtibus: uel a natura muliebri nõ diſcedũt: q cũ maxĩe qppiã cupiãt: tũ maxĩe cogi uolũt: uł naturæ puicacia: ut ẽ apd Ter. Nolũt ubi uelis ubi nolis cupiũt ultro. ☞ Acriũ qa ueheměter reſiſtũt. ☞ Sectis: qſi illos acuãt ad repugnãdũ. ☞ Vacui. ſ. amor. i. nõ amãtes. ☞ Siue qd urimur ſiue amantes: nã amor ardẽtiſſima ẽ cupiditas. unde ipſe cupido facibus armat: & amor ignis dicit. Vir. Vulnus alit uẽis & cæco carpit igni. ☞ Leues nõ pter ſolitũ. i. leues ut ſolẽt amãtes eẽ. uel leues ꝙ leuiori utat ſtilo ut ſolet.

Argumenum Odes Septimæ.

CANT. Ode Septĩa plãcũ uirũ cõſularẽ alloqt. Laudans pponẽſq tyburis amœnitatẽ cũctis locis amœnis: ait ꝙ poſtea ꝙ uti notus ſæpe nubila pellit: neq imbres partu rit ſemp: ſic ſapiẽs ipẽ finire debet triſtitiã uitæq labores cõuiuiis & molli mero: ſiue i caſtris erit ſiue ideſa ſui tyburis ũbra. Teucri ide exẽplũ affert: q licet patriã patrẽq fugeret: gẽio tñ uacabat: triſtis amicos hortãs ut uino pellerẽt curas. ☞ Laudabũt alii: Ode ẽ dicolos diſtrophos ex metro Archilochio heroico: primus. n. uerſus hexameter ẽ. ſecũdus tetrameter & phaliſc⁹ appellat: q cõſtat ex q̃tuor pedibus uerſus heroici tamen ultimus ſp ſpõdeus erit

Septima Ode dicolos diſtrophos.
ad Plancum.
Laudabunt alii clarã rhodõ aut mithilenẽ
Aut epheſũ: bimariſue corĩthi
Mœnia: uel baccho thebas uel appolie
Inſignes: aut theſſala tempe.
Sũt qbus unũ opus ẽ itactæ palladis urbẽ
Carmine perpetuo celebrare: &
Vndiq decerptã fronti præpõere oliuã

Clarã Rhodon. Eſt rhodos i lycia inſula: ut mela ſcribit. Solinus addit ꝙ nũq̃ ita cœlũ nubilũ eſt ut i ſule rhodos non ſit. Strabo. li. xiiii. docet ꝙ rhodiorũ urbs portubus & uiis & mœnibus & cetera fabrica tãtũ alias excellit ut nullã ei æqualẽ nedũ præſtantiorẽ pferre ualeamus. ☞ Mitylenen. Eſt mitylene i leſbo iſula oppidũ: ut docet mela. Inde uero ut aiunt oriũdi fuere Alcæus & Sappho lyrici uates: ac Pittacus unus ex ſeptẽ ſapiẽtibus. Epheſum. erat epheſus i aſia Ionũ regia clariſſima qdẽ: ut Strabo lib. xiiii. ſcribit. Erat ibi Dianæ tẽplũ pulcherrimũ. de quo Plinius li. xxxvi. c. v. Iuſtinus li. ii. ſcribit Amazões i aſia epheſum cõdidiſſe. ☞ Bimaris Corinthi: Ephyre antea poſtea corĩthus appellata eſt: colonia colli applicata medio iteruallo qd iſthmi appellauimus: ingt Plinius lib. iiii. de pelopõneſo loquens De Corintho etiã Strabo plurima li. viii. meminit: atq inter alia ꝙ ciuitas ipſa cõrinthiorũ ampliſſima uſq fuit & opulẽtiſſima: ſeu uiros inumerabiles ad ciuile regimẽ pitiſſimos ſiue eximias opificũ artes aio uertis. Erantq in eo plurĩa opera ære elaborata. ☞ Bimaris aũt Corinthi ait: quoniã iſthmos pelopõneſi pmontoriũ ubi ſita ẽ ab altero latere Ionium: ab altero ægeũ mare habet. de quo etiã Solinus. c. vii. Iſthmos ãt dicit terra ãguſta iter duo maria. ☞ Baccho thebas. Thebæ urbs boetiæ: nec cedẽtes athenis claritate: duorũ numinũ liberi atq herculis: ut uolũt. pria. Auctor Pli. li. iiii. Diodorus uero li. i. ſic ait. Qui deũ hũc tradunt thebis boetiæ ex ſemele & ioue fuiſſe genitũ aberrare uidentur Orpheum. n. quum ad ægyptios tranſiſſet pcepiſſetq ab eis ſacra & myſteria dyoniſia: eẽt aũt amicus thebanis a quibus plurimo in honore habebat rettuliſſe ad deos tradunt huius dei originẽ. ☞ Delphos. Erãt del. in parnaſo mõte phocidis clariſſima urbs & celebris pp Apollinis pythii tẽplũ & oraculũ uetuſtate iſigne. de quo legito Strabonem li. ix. Iuſtinus uero li. xxiiii. ſic ait. Tẽplũ aũt apollinis delphici poſitũ eſt i mõte parnaſo i rupe undiq pẽdẽti: ibi & ciuitatẽ hoium frequẽtia fecit: q ad admiratiõe maieſtatis undiq cõcurrẽtes in eo ſaxo cõſedere. atq ita templũ & ciuitatẽ non muri: ſed præcipitia: nec manu fcã: ſed naturalia pſidia defendunt, prius ut incertũ ſit utrum munimentũ loci aut dei maieſtas plus hic admiratiõis habeat. Media ſaxi rupes i formã theatri: q̃obrem & hoium clamor: & ſi quando accidit tubarũ ſonus pſonantibus & reſonãtibus inter ſe rupibus multiplex auditur. ☞ Theſſalia tempe. loca amœna a cœli tpamẽto dicta ſunt tẽpe: uti Lactanti. li. i. inquit. Sunt aũt pprie loca in theſſalia quinq miliũ paſſuum longitudie & ferme ſex latitudie ultra uſum huis attollentibus ſe dextera leuaq leniter cõnexis iugis intus ſua luce uiridãte allabit peneus: q iter oſſã & olympũ nemoroſã cõualle defluit: ut Pl. li. iiii. edocuit. ☞ Intactæ palladis urbẽ. Iuſtius li. ii. ſcribit ꝙ Amphiteon q poſt græcũ regẽ athenarũ regnauit primus mineruæ urbẽ ſacrauit & nomen ciuitati athenas dedit. Vtq alii dicũt minerua ipſa ab græcis athena dicit. Referunt etiã poetæ litẽ fuiſſe inter neptunũ & mineruã de ipoſitione nominis athenarũ: quod quidẽ latius li. i. g. iam diximus. ☞ Carmĩe pperuo: iugi & cõtinuo nunq̃ intermiſſo. ☞ Celebrare. Cicero pro. L. Flacco ait. Adſunt athenienſes: unde humanitas: doctria religio: fruges: iura: leges ortæ atq in oẽs terras diſtributæ putant. Iuſtinus ẽt li. ii. ſic ait. Primi athenienſes laninicii & olei & uini uſum docuere: arare quoq & ſerere frumẽta glãde ueſcẽtibus mõſtrauere: litteræ certe ac facũdia & hic ciuilis diſciplinæ ordo ueluti templũ Athenas habet. ☞ Vndiq decerptã: ex quocunq loco nõ ſolũ unde ubi athenięſes legebant quũ uictores olea coronabãt. Pli. n. li. xv. ſcribit ꝙ Athenæ uictores olea coronabãt. poetæ uero ut dicit Horatius ſcribẽtes de athenarũ laudibus olea ſe coronabant decerpta undiq: utputa ſi romæ cõpoſuiſſent opus. romæ oleã decerpebãt. uidet ẽt ſic poſſe itelligi & forte meli⁹ ut dicat illos pponere oliuã undiq decerptã fronti. i. ad frõtẽ uictorũ in ludis athenięſibus p quod quidẽ oſtẽdit poetas ipſos: oliuam. i. athenieſes ludos præponere omnibus aliis: Nã athenæ uictores olea coronabant: ut Plinius ſcribit. undiq ex quocunq athenienſi certamine decerptã ad frontes uictorum.

ACR. Laudabũt alii clarã Rhodon aut mityledẽ. Metrũ heroicũ. primus uerſus exametere: ẽ ſequens uero tetrameter ẽ: q & faliſcus appellatur: eo ꝙ ex quatuor pedibus ultimis cõſtat uerſus heroici. Numatiũ plancum alloquit conſularẽ uirum tybure oriundum in cuius grãm dicit. Cum diuerſis poetis ſtudiũ ſit diuerſas inſulas oppidaq certorum numinum gratia celebrare carminibus: ſibi tybur eſſe laudandum cuius

phaliſcus uerſus
rhodos
Mytilene
Alcæus
pittacus
Sapho
epheſus
Ephire
coritus
iſtmos
Thebe
bacch⁹
hercules
Delphi
Appollinis
delphici
tẽplum
tempe
Amphiteon
rerum
Athenæ
Athenarũ laudes
Olea uictorum athenis

uoluptate capiaꝰ uel amœnitate:ſed albuneæ nymphæ eiuſdē nemoris uicini ac tyburis:de quo Vir.Lucoſq; ſub alta conſulit albunea. Tybur aūt tyburtus condidit:a quo nomē ciuitati eſt.hic fuit filius catilli filii amphiarai.ut catilluſq; acerq; corax.ſed hac ode Plācū hortaꝰ ut curas uoluptatibus relaxet exēplo teucri relamonii.⁋Clarā.r.aut.m.Maritimæ græcie ciuitates ſunt.⁋Bimariſue.c.m.quia & ionio & egæo mari abluiꝰ. ⁋Vel bacco.r.ordo ē.uel thebas inſignes baccho uel delphos inſignes apolline:ſic.n.apud thebas diōyſius ſicut delphis apollo coliꝰ:a qbus honorē patriæ ſortiūꝰ.⁋Theſſala.r.amœnitates theſſaliæ.tēpe.n.tribus caſibus declinaꝰ noiatiuo uocatiuo & acculatiuo.Sunt quibus unum opus eſt: ac ſi diceret unū ſtudium ē laudibus dicēdis opam dare certos & exīde gloriā quærere laudādo tantū athenas:quas uocauit orbem mineruæ uelut proprium ciuitatis nomen.⁋Carmine perpetuo.aut uno metro aut non aliorum laudibus mixtis. ⁋Vndiq; decerptam ex omnibus collectam.ordo eſt.præponere fronti oliuam undiq; decerptam.

❡POR. Laudabūt alii clarā rhodō.hac ode numatiū Plācū cōſularē alloqtur.qa iudicat ſe pcipue tiburtina regiōe delectari:omnibuſq; eam ſua ſnīa proponēdam affirmat.⁋Claram rhodon.propterea claram q ſoli ſit oppoſita dicit:de qua & Lucilius ſic ait.Rhodos carpatium in pelagus inclinat apertum. ⁋Bimarem chorinthum appellat q iſthmo oppoſita ionio & ægeo ſinu abluitur.

❡CHRI. Ad Numatiū plācū ſcribit laudes tyburis patriæ ſuæ.ergo alii poetæ alias urbes laudabūt.ego āt tybur.⁋Rhodō.hæc iſula multis rebus nobilitata & pene ſp libera ēt romāo uigēte ipio.eā a pricipio hitarunt Telchines:quos maris filios fuiſſe fabulanꝰ:Primi oium diis ſtatuas ſculpſerūt.⁋Clarā.ſecundū porphirionē:q i mari apto & ſoli expoſitio poſita ſit.Neptunus hāꝶ ſororē aliā amauit.Ex eaq; filios ſex & unā filiā ſuſcepit.Rhodonq; appellauit:a q̄ inſula nomē accepit.⁋Mithylenē.urbs ē in leſbo:a mithylene macharei filia noiata:Machareus.n.ex crinaco iouis filio natus leſbū rūc pelaſgiā dictā pp deucaliōis diluuiū deſertā occupauit:& leſbo æoli filio filiā ſuā methymnā mrīmonio cōiunxit iſulāq; a genero noiari uoluit.⁋Epheſum.urbs nobiliſſima i aſia ē ab amazonibus cōdita:& quæ nobilitata ſit tēplo epheſiæ dianæ pulcherrimo oium græcoꝶ ædificioꝶ.⁋Bimarē chorinthū.quia hic ægeū hic ioniū hēt & hiſthmō facit.olim ephira dicta ē hæc urbs:Deide chorithus a choritho horeſtis filio.⁋Thebas.urbs i boetia a cadmo cōdita:cuiꝰ mœnia amphion lyra ſaxa alliciēs ædificauit: in hac ex ſemele cadmi filia iuppiter bacchū gēuit:fuit & i ægypto thebe urbs antiqſſima.in q̄ fuerūt Bacchus & Hercules de quoꝶ ægregiis facinoribus multa ſcribūꝰ.Quæ oia Orpheus ex ægypto rediens fretus tempoꝶ longitudīe & hiſtoriæ inſcitia.uolēſq; cadmeis gratificari ad has thebas contulit.⁋Delphos.iſti in parnaſo mōte erant clari oraculo apollinis.in quo pythia phœbi furore pcita reſpōſa dabat.Extollit gētilitas huiꝰ loci religionē miris miraculis.Dicūt.n.uolētes gallos delphos iuadere atrociſſima tēpeſtate & uehemētiſſimis niuibus phibitos:& i bello Alexādri cū cōſulereꝰ oraculū quo pacto defēdi uellet:reſpōdiſſe ut illi ſibi cōſulerēt:ſe aūt ſibi cōſultuꝶ.Atq; deide cū milites irruet e pararēt ſubito nō parua pars mōtis a uertice ruens illos oppreſſit.hæc & ſimilia apud gētiles eueniſſe nō negat Aug.Veꝶ affirmat religionē in oibus & diuinū cultū adeo placere deo ut ēt ſi falſus ſit aliquo bñficio dignetur.⁋Theſſala tēpe.græcū noīē τὰ τέμπεα ſiue τέμπη:& a latinis i noiatiuo actō & uocatiuo uſurpaꝰ hæc tēpe.ē aūt locus amœniſſimus in theſſalia inter oſſam & otry mōtes iuxta peneū fluuiū.Sed latini poi ruſticana amœnitate poſuerūt.⁋Sunt qbus:ſunt poetæ q in ſolis athenis laudādis occupanꝰ.⁋Carmie ppe.nō interrupto ut aliud laudēt.⁋Vnū opus:opus ē qd ex fabricādo factū reliqꝰ:ſic domus diciꝰ fabri opus.Opario ē ipa actio: opa uero ē labor & iduſtria opantis.⁋Intactæ.nō uitiatæ.nā tāgeꝰ uitiaꝰ ē Mar.Nullꝰ i urbe fu.ro.q rā.u.Vxorē gratis tūc carideme tuā.Pallas āt uirgo fingiꝰ.qa nihil ē puriꝰ ſapīa:& ueræ ſapīæ nullæ ſordes admiſcētur:ppterea q; dicūt illā ſine mrē ex capite iouis ortā eē.apd græcos appellaꝰ athæna a q̄ athænarū urbs denominaꝰ.dicūt.n.quādoq; iter Neptunū Mineruāq; cōtētionē fuiſſe ortā uter urbi nomē iponeret Iudiciūq; ad Iouē delatū:& illū iuſſiſſe utrūq; terrā pcutere illūq; nomē iponere ex cuius pulſu aliqd excellētius orireꝰ:pculſit neptūnus:enatuſq; ē equus.pcuſſit pallas:& nata ē oliua.Et quoniā æquus portēdit bellū Oliua uero pacē:q bello melior ē:cōceſſū ē ut ab athæna athænæ dicerēꝰ.Var.rē ad hiſtoriā refert:Aitq; regnāte Cecrope cōueniſſe populū:cū ēt fœminis ſuffragiū reddere liceret.Et uiros qdē neptūno: fœmias uero mineruæ ſuffragiū reddidiſſe.& quoniā mulieres numero una plus eēnt.eueniſſe ut mineruæ ius nomis iponēdi cōcedereꝰ:ipſāq; a ſe athænas appellaſſe.Quapp cautū ē a uiris ne deiceps ſuffragiis dādis itercesſent mulieres.⁋Oliuā:Athenieſes.n.olea uictores coronabat.teſte Plinio.iſti ergo ſcriptores laudando athenas pponūt oliuā decerptā udiq;.i.e quocūq; agōe athenienſi.Frōti.i.ad frōtē uictoris coronādā.Celebrāt igꝰ oliuā.i.ludos i qbus oliua corona erat.Oleā negauit theophraſtus niſi itra q̄draginta paſſus a mari naſci.hic fuit anno.cccc.urbis romanæ.Feneſtella negat Tarqno priſco regnāte i italia:hiſpania:atq; aphrica oleā fuiſſe Herodotꝰ oli nuſq̄ niſi i attico agro oleā fuiſſe.ſcribit.Olea arbor ē:oliua baccha oleæ.ide liquorē ipm oleū & oliuū dicūt.Eſt āt oleū utile ebori a carie uēdicādo:uñ rōæ ſaturni ex ebore ſimulacrū itꝰ oleo repletū ē.

Plurimus in iunonis honorem
Aptū dicit eqs argos diteſq; micēas
Me nec tam patiens lacedæmon
Nec tā laryſſæ pcuſſit cāpus opimæ
Quam domus albuneæ reſonantis
Et pceps anio ac tyburti lucꝰ & uda
Mobilibus pomaria riuis

❡ANT. Plurimꝰ:ad de ſcriptor.⁋Dicit.deſcribit.⁋Aptū eqs argos:Pli.li.iiii.de achaia loquēs ait.Inter amnes inachū & eraſinū eē argos hippiū cognomiatū.Stra.li.viii. ēt de Achaia loqns ſcribit q Argos & mycenæ urbes ambæ principatu eminentes minus ſtadiis qnquagita iter ſe finitie erāt.Et dicatū Iunoni tēplū iuxta mycenas ambabus fuiſſe cōe.in quo polycleti ſimulacra artis laude omniū præſtantiſſima ſumptu & magnitudine phidiæ ſane imaginibus cedētia.Argos qdē a primordio magis ac magis extitit potētia priarlū:ſubide Mycene ampliora ſuſceperūt icremēta.poſteriori tpe eas argiui ſolo æquatas deleueꝶ

Margin notes: Opus / Opera / opatio — argos / hipium / mycene / Iunonis / tēplum / argis

Argi adeo ut ætate Strabõis Mycenel oppidi ne ueſtigiũ quidẽ reperiret̃.homerus uocat Argos interdũ priſcum
plures Alias ialum:Equeſtre quãdoq; uel pelaſgicũ uel equoꝝ alũnũ.Cognominationẽ igit̃ per epitheta diſtinguit
pelopo- Equeſtre uero & equorũ alumnũ cõmuni quadã ꝓprietate dicit.hæc ex Strabone qui ẽt addit ꝙ peloponne
neſo ſos per multos prius annos Agros uocata ẽ:eaq; tẽpeſtate Argos achaicũ noiari cœptũ.p argos deniq; hic ho
lacedæ- ratius Agamennonis prælia intelligit.☞ Patiẽs lacedæmon.ea urbs ẽ in laconica ẽt Spartha appellata.Cur ãt
mon Iuſtinus li.iii.meminit.homerus li.ii.iliados diuerſas eſſe urbes oſtẽdit.Lycurgi ꝑterea leges ut Cicero li.ii.
ſparta tuſc.edocet laboribus erudiebant iuuentutẽ uenãdo currẽdo eſuriẽdo ſitiẽdo algendo æſtuando. Sparthæ
lycurgi uero pueri ad aram ſic uerberibus accipiebant̃ ut multus e uiſceribus ſanguis exiret.nõ nunq̃ etiã ad necẽ
leges quoꝝ non mõ nemo exclamabat unq̃:ſed ne ingemebat quidẽ.hæc ex illo.pp id agit̃ patiẽs ait horatius:& ſi
Spartæ in cunctis agendis patientiſſimi erãt.ut late in lycurgi uita a Plutarcho oſtedit̃.☞ Lariſſæ cãpus opimæ.Stra.
pueri libr.ix. ubi de theſſalia loquit̃:ſcribit laryſſam urbẽ eſſe iuxta peneũ fluuiũ.eſt & alia uti inquit in creta ci-
ariſſa uitas:a qua ſubiectus cãpus lariſſius uocatur.laryſſa quoq; oſſæ locus ẽ quæ penſilis aut obliqua dicit̃ a ple
riſq;.ẽ & pelopõneſo argiuorũ arx laryſſa.Eleoꝝ quoq; agrũ dimãq; diſterminans laryſſus fluuius ẽ.ẽ & in
aſia laryſſa phriconia.In agro item attico laryſſa ẽ.Trallibus quoq; ẽ uicus.plura ẽt Strabo in dicto uolumie
☞ Albũeæ reſonãtis.de hac poeta li.vii.ita ſcribit. At rex ſollicitus mõſtris oracula fauni Fatidici gẽitoris adit
lucoſq; ſub alta Cõſulit Albunea nemoꝝ quæ maxima ſacro Fõte ſonat ſæuãq; exalat opaca Mephitim : ubi
quidẽ Seruius ait:unũ eẽ fontis nomen & ſyluæ aſſeritq; i tiburtinis eſſe altiſſimis mõtibus.eẽ uero dictã ab
Lariſſ9 aquæ qualitate.Acron dicit nomẽ accepiſſe ab Albunea nympha cui nemus cõſecratũ eſt. Porphirio ẽt ſcri
ſ. Albuneam deam in regione tyburtina fontis præſidem.Stra.li.v.refert in planicie tyburtina fluere quas nun
albunea cupant Albulas aq̃s frigidas multis e fontibus edentes uarios ad morbos ſalutares.Lactãtius præterea li.i.
albulæ c.vi.ſcribit decimam ſybillã tyburtẽ nomie albuneam: quæ tyburi colitur ut dea iuxta ripas amnis aniegis:
aquæ cuius ingurgite ſimulacrũ iuentũ eẽ dicit̃:tenens i manu librũ.☞ Præceps anio.i Romæ cõſpectu tybur q̃d ẽ
tibor herculeũ eſt.& Catarrata.i.deſcẽſus quã facit anio ubi nauigabilis eſſe icipit quũ e ſublimi profundã i uallẽ
Anio præceps deferẽ & p urbi ipſi uicina nemora.hoc ex loco mira eſt fructuũ abũdãtia ꝑter lapidis effoſſiões:q
Subla tyburtinus dicitur.In hac planicie anio fluit:quouſq; tyberi intret.hæc ex Strabonis li.v. Qui anio ex alba
quecun decurrens præter latinã marſoꝝ urbẽ & ꝓpinquũ illi campũ p tybur deſcẽdit in tyberim ut idẽ ait.Plinius
Tybur- itẽ li.iii.ſcribit ꝙ anio in mõte trebanoꝝ ortus Lacus tris amœnitate nobiles:q nomẽ dedere Sublaqueo: de
tus fert in tyberi.Tyburti lucus.Seſtius græcus hiſtoricus.li.vi.ãtiquitatũ ſcribit ꝙ Cathillus amphiarei filius
Corax poſt ꝓdigialẽ patris interitũ apd thebas iuſſu oiclei aui ſui cũ oi fœtu & ſacris miſſus tris liberos i italia ꝓcre
Cathyl auit tyburtũ.Coracẽ & cathyllũ q depulſis ex oppido haud longe ab roma poſito ueteribus ſicanis:ab noie
lus tyburti maximi natoꝝ filii oppidũ uocauerũt.Ver.ẽt.li.vii.ait.Fratris tyburti dictã cognomie gentẽ.Solinus
Cora quoq; de hoc meminit ſecũdũ Seſtiũ:qui quidẽ ultra ꝑdicta non deſunt inquit q dicãt ſingulũ fratrẽ Ciuita
tẽ ſingulã cõdidiſſe.teſtis ẽ mons q adhuc Cathillus dicit̃:& Cora oppidũ inter uolſcos.

¶ACR. Aptũ dicit eq̃s argos:aptũ ãt eq̃s Argos gñe neutro abſolute dicit.☞ Diteſq;.m.hoc ẽ ſicut athẽas
in mineruæ honorẽ:ita argos & mycenas laudari in honorẽ Iunonis.Nec tã patiẽs:quia i agoneis uerberibus
imobiles cædebãt̃.☞ Lacedæmõ.poſt matricidiũ horeſtes cũ fureret adiit oraculũ de ſanitate.oraculũ reſpõ
dit ſic eũ poſſe ſanari:ſi dianæ ſcythicæ de taurica ſimulacrũ auferret.ꝓfectus itaq; ẽ.ibi erat ſoror eius ſa-
cerdos:q̃ aduenas imolabat:agnouit frẽm:pepcit illi:iterrogauitq; cur ueniſſet:ille idicauit.abſtulerũt idẽ ſi-
mulacꝝ:ſimul ſoror ſecuta ẽ.delati ſunt ad italiã & collocauerũt i nemore aricino ſimulacꝝ:& cõſecrauerũt
nemus.Poſt hæc italis imite numen uiſũ ẽ & aſperũ:miſeruntq; ad orientẽ ſimulacrũ q̃d lacedæmõii ſuſce-
perũt:& ne aut crudelitatẽ aut ſacrilegiũ facerẽt:ſtatuerũt hi ut iuuẽis aras aſcẽderet:& ſupiponeret mãus: &
tam diu loris cederet̃ ab alio iuuene q̃ diu ſanguis de uibicibus in ara remaneret:& ſatiſfaceret nũini.Idẽ er-
go patiẽs lacædemõ.Nec tã lariſſæ.lariſſa ciuitas theſſaliæ.a qua & achilles lariſſæus dictus ẽ.Vir.Quos ne
q; tytides nec lariſſæus achilles.☞ Percuſſit.nimia delectatõe aĩum ferit.Quã domꝰ albũeæ.delectabile ne
mus eſt conſecratũ albuneæ nymphæ.a q̃ & nomẽ accepit.Et præceps anio.aut p deuexa cadẽs aut rapidus.
☞ Tyburti lucus.ſilua iuxta ciuitatẽ eiuſdẽ nominis.☞ Mobilibus.diſcurrentibus.

¶POR. Aptũ dicit eq̃s.Homeri.ſic.n.de hoc ille.ἄργος ἱππόβοτον.Me nec tã patiẽs lacedæmon.Quã
domus albũeæ.Albuneã deã i regionẽ tyburtia fontis ꝑſidẽ.& Vir.teſtis ẽ:q i ſeptio ait.Lucoſq; ſub alta cõſu
lit albũea nemoꝝ q̃ maxia.☞ Tyburtiq; lucus.tyburtus cõditor tyburis ẽ:cuius frater cathyllus & corax:quo
rũ Vir.meminit.Catillusq; acerq; coras argiua iuuẽtus.Vda mobilibus pomaria riuis.Irrigua itelligi uult.

¶CHRI. Plurimus.multus:uel plurimus.i.lõgo ſermõe utẽs.☞ Plurimꝰ.n.lõgus.Vir.Cõtẽplator itẽ cũ
nux ſe pluria ſiluis iduit i florẽ.Dicit.laudat mycenas & argos i honorẽ iunõis qa iſtæ urbes ſibi cõſecratæ
ſũt.Argos ideclinabile ẽ i ſingulari:ſed ĩ plurali dicimus argi argoꝝ unde argius urbs ẽ i pelopõneſo iunõis
ſacra abũdat optimis eq̃s.☞ Patiẽs.uel pp ſacra tauricæ dianæ.Cũ.n.horeſtes de taurica regiõe ſimulacrum
dianæ cui hoſtia humana imolabat̃ i italiã apud aricinã ſiluã detuliſſet:abominati ſunt talia ſacra itali:& la-
cedæmon remiſerunt Lacedæmones ãt pro humana hoſtia inſtituerunt ut pueri manus ſup aram tenerent
quæ ab aliis pueris tam diu uerberarent̃ donec ſanguis emanaret:Hoꝝ patiẽtiam Cicero ẽt in tuſculãis ad
mirat̃.Ergo patiens pp pueroꝝ patientiam ſecũdum acronẽ & porphirionẽ.uel patiens quoniã lacedæmo-
nii ſæuiſſimis lycurgi legibꝰ iſtituti patiẽtiſſimi aduerſus omẽs difficultates fuerũt.oĩs ſexus.oĩs ætas bel
¶ CHRI. Regna furuæ pro. i. infernũ: cuius illa: cum Plutoni nupſerit regina eſt. ¶ Furuæ: nigræ: unde fur
tum quod in tenebris peragat. Acron autem ait hoc myſtico nomine Proſerpinam uocari: aut furuæ: ideſt fla
uæ: ut ſit ſibi matronimicon: quia Ceres mater flaua cognominatur. ¶ Iudicantem Eacum. Eacus Iouis & ægy
næ filius pelium patrẽ achillis genuit: Regnauit in ænopia inſula: quã deinde a matris noĩe ægynam nomina
uit & ꝑ excellẽtem huis iuſtitiam iferis poſt murtem iudicẽ datũ fabulant poetæ Iuue. Quas torqueat um
bras eacus. ¶ Sedes diſcretas. i. diuiſas a ſuppliciis & a pœnis: & intelligit cãpos elyſios in qbus umbræ piorꝛ
placidæ qeſcunt. Elyſios aũt uocari docet Virg. Quãuis elyſios miret græcia campos. Et i. vi. Quiſq; ſuos pa
timur manes ex inde ꝑ amplum Mittimur elyſiũ: & pauci lœta arua tenemus. Et in eodẽ libro locũ deſcribit
Deuenere locos lœtos & amœna uireta Fortunatorꝛ nemuꝝ ſedeſq; beatas. Largior hic campos æther: & lu-
mine ueſtit Purpureo: ſolemq; ſuum ſua ſydera norunt. Secretos ergo a Tartaris ubi impii puniunt. ¶ Et Aeo
liis fidibus querentem ponit in cãpis elyſiis Sapphu & Alcæum: de qbus alibi dictum eſt. Eſt autẽ Sappho in
accuſatiuo ut Dido in hoc uerſu. Et noĩe dido ſæpe uocaturum. Acoliis leſbiacis. Nam leſbius a quo iſula de
nominata eſt æuli filius fuit. ¶ De popularibus: nõ ſuis: ſed phaonis: quærebat enim impulſa Zelotipia: ne a
ſe amatum phaonẽ ad ſe conuerterẽt. Dixit igit popularibus nõ ſuis ſed phaonis: & intelligit de ſiculis. Nam
phaon relicta leſbo & in ea ſappho in ſiciliam patriam ſuam redierat: hinc illud in elegia. Hic tibi ſicilides ue
niunt noua turba puellæ. Quid mihi cũ leſbo ſicilis eſſe uulo cæterꝛ popularis poſſeſſiuum eſt a populo: ut
ipſe alibi. Et populares uincẽtem ſtrepitus & natus rebus agẽdis. Sed nõnunq̃ dicimus popularem qoaſi ple-
beum: unde dicimus ueſtẽ popularem: ideſt uilẽ & plebeam. Cicero i libro ufficiorꝛ. Popularibus eni uerbis
eſt utendũ & uſitatis cum loqmur de opione populari. Dicimus ẽt popularẽ eũ uirꝛ: q ſibi populi fauorẽ con
ciliat. Idq; nõ ſimplici uia fit ſed duplici. Nam ſunt q populi beniuolẽtiam acq̃rũt bene de rep. ſentiẽdo: & ea
quæ ad ſalutem & dignitatem populi ſpectant recta cum rõne agendo. Cicero in catilinam. Intellectum enim
eſt qd intereſſet inter leuitatẽ concitatorum ac animum uere popularẽ ſaluti populi cõſulentem. Sunt itidem
populares q largiendo & adolando & aliis corruptelis populi ſibi beniuolentiam captant: cum populos plæ-
rũq; magis quæ placeant q̃ quæ deceãt concupiſcat. Sed illi bonis artibus ad honores nituntur. Hi uero quo-
niam bonæ artes deſunt: dolu rem aggrediunt: tantũq; inter utrũq; intereſt quantum inter uerum amicum &
adulatorẽ. Capimos etiã popularem pro eo qui ſit eiuſdem ſurtis & ſortunæ. Vnde terẽtianus ſeruus getam
itidem ſeruum popularem ſuum appellat. ¶ Plenius: altiori ſtilo q̃ ſappho alcæus a quo alchaicũ carmẽ iuẽ
tum eſt: his uerbis a Quintilião deſcribit. Alcæus in parte operis aureo plectro merito donat. Qua tyrãnus
inſectatus multum ẽt moribus cõfert. In eloquẽdo quoq; breuis & magnificus & diligẽs plurimumq; Home-
ro ſimilis: Sed in luſus & in amores deſcẽdit maioribus tamẽ aptior. Hæc Quintilianus. Scripſit autẽ res bel
licas & nauigationẽ: dum a pythago tyrãno pulſus ẽ: ꝙ mythilenẽſibus libertatẽ ſuaderet: Ac demum colle-
cto exercitu tyrãnum ſuperauit. ¶ Aureo plectro: excellenti ſtilu. Fingit autem ꝙ apud inferos cantet alcæus
duca mala nauis. i. nauigationis: & dura mala fugæ: ideſt exilii: & dura mala belli quod non ſine ſumma diſ-
ficultate geſſit aduerſus tyrãnum. ¶ Vtrũq; ſentẽtia eſt ꝙ umbræ utrũq;. ſ. Sappho & alcæũ mirantur cum di
cant res q̃ ſint audiendæ. ¶ Sacro ſilentiu: ideſt cum religioſa quadam attentione: uel eo ſilentio quod in ſacris
adhibebãt. Vnde eſt illud: animis linguiſq; fauẽtes. Ordo autem ſit. Vmbræ mirantur utrũq; dicere digna ſa-
cro ſilentio. Sed uulgus denſum: ideſt ipſa ad audiendum conſtipata turba umbrarum magis bibit pugnas &
tyrannos: ideſt pugnas geſtas contra tyrannos: & quia fauent poetæ uirtuti in eo bello gerendo: & quia in ſcri-
bendo ſtilus grandior eſt. ¶ Bibit: ita auide audit: ut quæ audit intimis ſenſibus reponat. ¶ Sic Propertius. In
cipe ſuſpenſis auribus iſta bibam. ¶ Denſum: ſtipatum ad audiẽdum. ¶ Vulgus: ſolum ex latinis noĩbus eſt:
quod per us in ſecunda declinatione neutri ſit generis ad ſimilitudinem alterius nominis quod eſt pelagus:
& græcum eſt. ¶ Dicere: cãtare: ut dicite quãdo quidem molli cõſedimus herba. Et alterius dicetis amant al
terna camenæ. ¶ Quid mirum: quaſi nullum mirum ſit ſi umbræ humanæ moueãtur: cum mõſtra moueri
uideamus. ¶ Bellua: cẽticeps: fortaſſe briareum itelligit: cui fuerũt quinquaginta capita: & cẽtum manus: toti
dẽq; pedes: & tũc ſeparabimus a ſequẽtibus. Acron aũt itelligit de turba anguiũ: q pro capillis aſſunt furiis.
¶ Recreent: delectẽtur. Nam uidet aĩal capax: mali & boni. Virgili. Frigidus in prato cãtãdo rumpit anguis.
Angues itorti capillis eumenidũ recreãtur. i. q ſunt ꝑ capillis i capite eumenidũ itorquẽtur. ¶ Prometheus:
de quo dictum eſt. ¶ Pelopis. p. Tãtalus. ¶ Decipit laborum: dulci ſono. i. deceptus a ſono obliuiſcit laborũ,

Nec curat orion leones:
Aut timidos agitare lyncas.

¶ANT. Nec.c.o.le.uolũt poetæ idẽ ſtudiũ apd iferos quoq; quęq; ſectari.uñ Vir.li.vi.ait q̃ gr̃a curꝑ Armorũq; fuit uiuis:q̃ cura nitẽtis Paſcet equos eadẽ ſequit tellure repoſtos de orione uero lib.i.¶ Lyncas. Lynx aĩal eſt maculoſum.Vir.li.iii.Geor.Quid lynces bacchi uariæ in æthiopia uulgo naſcunt:ut ſcri.Pli.lib.viii.q etiã lib.xxviii.ca.xviii.inqt peregrinæ ſunt & lynces quæ clariſſime omnium quadrupedũ cernũt.

¶ACR. Nec curat orion leones.Orion uenator fuiſſe narrat Huius umbram dicit uenatiõi carmina pſer re uigentem ibi apud inferos ſtudio:quod habuerat inuita.ut Vir.Quæ cura.n.p.e.eadẽ ſequit tellure repoſtos.¶ Lyncas.ideſt dammas:ut quid lynces bacchi uariæ:& genus acre luporum.

¶POR.Nec curat oriõ iã.dicit orionẽ uocari a ꝓpriis uenãdi uoluptatibꝰ:agitat ergo ac p hoc ſeq ſignificat.

¶CHRI. Nec orion leo.credũt iiſdẽ rebus apud inferos delectari umbras quibus uiuentes hic delectabãtur.Virg.Quæ gratia curruum amorũq; fuit uiuis:q̃ cura nitentes paſcere equos eadem ſequitur tellure repoſtos.Ergo ut apud ſuperos uenationibus delectabat Orion ſic & nunc apud inferos delectat.¶ Lyncas.i maſculino protulit.Vir.contra.Quid lynces bacchi uariæ & genus acre luporum.Sunt aũt lynces quos ceruarios lupos appellant uiſu acutiſſimo:ſed nulla memoria.Nã ſi quamuis infame mandens forte reſpexerit tãta ſubito obliuione inuadit ut digrediens aliũ cibum quærat.Sunt tñ qui uelint alium eſſe lyncem: aliũ ceruarium lupum & lyncũ dicunt urinam humi cõgelari atq; areſcere & in gemmas uerti carbunculis ſimiles igneoq; colore rubeſcere:uocantq; lyncuriũ lynces nouerunt inuidiaq; motæ urinã terra operiunt: At illa citius ſolidatur.Eſt ẽt fabella Triptolemũ athenienſem a cerere p orbem miſſum ut mortales fruges ſerere doceret in thraciam ad regem Lyncum ueniſſe.Regẽ aũt inuidia motum ꝙ triptolemus tanti muneris auctor exiſteret hominum pdere uoluiſſe.Cererem autẽ & illum ſeruaſſe:& regem in hoc animal mutaſſe.ipſumq; lyncem de nomine regis appellaſſe.

¶Ode.xiiii.tricolos tetraſtrop. ad poſthumum de morte ineuitabili.

Heu fugaces poſthume poſthume
Labuntur anni:nec pietas moram
Rugis & inſtanti ſenectæ
Afferet:indomitæq; morti.
Non ſi tricenis quotquot eunt dies
Amice places illachrymabilem
Plutona tauris:qui ter amplum
Geryonem tityonq; triſti
Compeſcit unda.ſcilicet omnibus
Quicunq; terræ munere ueſcimur
Enauiganda.ſiue reges
Siue inopes erimus coloni.
Fruſtra cruento marte carebimus
Fractiſq; rauci fluctibus hadriæ.
Fruſtra per autumnos nocentem
Corporibus metuemus auſtrum.
Viſendus ater flumine languido
Cocytus errans.& danai genus
Infame:damnatuſq; longi
Siſyphus æolides laboris.

Argumentum. ODES. XIIII.

¶ANT. Oñdit amico poſthumo iuuẽtã effugere:nec pietas aliq̃ futuræ ſenectæ aut iminẽti morti morã afferret.Nõ ſi plutoni die quoq; tauri trecentũ mactarent.Placet ãt magis ut trecẽtis legat qa debet eẽ ſecũdus pes iãbus:uñ & regibus & inopibus adeũda eſt charõtis unda linqnda tellus domus & uxor hæreſq; ſde optio cæcubo fruet.& humi ſparget ꝓdigus qđ ipſe tãto pe ſeruauerat p qđ ſnuit gdẽ poeta poſthumũ ipm potius dẽre frui bõis ſuis q̃ abutẽda heredibus relinquere.¶ Heu fuga.ode eſt ſimilis nonæ li.i.¶ Fugaces anni.Oui.li.iii.de ar.ẽt ait.Vtẽdũ ẽ ætate cito pede labitur ætas.Nec bõa tã legtur:q̃ bona pria fuit:& alibi inqt.¶ Eũt anni more fluẽtis aquæ.¶ Nec pie.mo.Oui.quoq; de morte tibulli lib.iii de amoribus ait.Viue tñ moriere pius: cole ſacra colẽtẽ mors grauis a tẽplis in caua buſta trahet.¶ Illachrymabilẽ.duꝛ implacabilẽ & q nullis ẽt ꝑcibus & donis mouet.¶ Ter am.ge.i.trimẽbrẽ.Vir.li.vi.& forma tricorporis umbræ.Reuera tamẽ tres fratres in hiberia fuerũt chriſei filii.qa diuitiis nomẽ id traxerat: uniuerſæ.n.hiberiæ impabat:hẽbatq; tres ꝓpugnatores filios tum robore corpis tũ armis egregios.Exercitus ꝑterea cuilibet fortiſſimoꝝ militũ erat:quos demum tribus magnis exercitibus ħdentes ſingulari prouocatione hercules ſuſtulit:gregeſq; boum ſecũ adduxit.Dio.id ſcrib.lib.v.finxere autem poetæ Gerionẽ eſſe tricorporem illiuſq; umbram apud inferos eſſe. Iuſtinus item libro ulti.ſcri.Gerionem ipſum non triplicis naturæ:ut fabulis prodit fuiſſe:ſed tres fratres tãtæ cõcordiæ extitiſſe:ut uno aĩo oẽs regi uiderent.Nec bellũ herculi ſua ſpõte itulíſſe ſed cũ armẽta ſua rapi uidiſſent:amiſſa bello repetiſſe.¶ Tityon.de hoc Vir.li.vi.ait. Necnon & tityon terræ oĩparentis alumnum Cernere erat:p tota nouẽ cui iugera corpus Porrigit:roſtroq; imanis uultur adunco Immortale iecur tõdens fœcũdaq; pœnis.Viſcera rimaturq; epulis:hitatq; ſubalto Pectore: nec fibris reqes dat ulla renatis.Mac.ãt li.i.de ſom.inqt:ꝙ uulturẽ iecur ĩmortale tõdentẽ nihil aliud itelligi uolũt:q̃ tormẽta cõſciẽtiæ obnoxia flagitio uiſcera interiora rimantis:& ipſa uitalia indefeſſa admiſſi ſceleris admonitiõe laniãtis:ſemperq; curas:ſi requieſcere forte tẽtauerit:excitãtis:tãq̃ fibris renaſcentibus inhærendo:nec ulla ſibi miſeratiõe pœnitis:lege hac qua ſe iudice nemo nocens abſoluit:nec de ſe ſnam põt uitare ſniam.¶ Triſti unda.i.ſtygia.Vir.lib.vi. Et nouies ſtyx interfuſa coercet.¶ Scilicet oibus.Naſo itẽ de morte tibuli:Scilicet omne ſacrũ mors importuna prophanat.Oibus obſcuras inicit illa manus.¶ Coloni.Agricolæ uel inquilini.¶ Fruſtra cruento.oſtẽdit fruſtra nos abſtinere a bellis a nauigatione.Fruſtra quoq; timere autũni auſtrũ peſtiferum: nã oino inferos adi-

gerionem

Tityon
Vultur

re debemus oẽs mortis neceſſitate.¶ Auſtrũ.Pli.li.ii.ſcribit ꝙ humidus eſt auſter ꝑcertim Italiæ:ac noxius.
De autũno aũt ait naſo de arte.Quũ mõ frigoribus ꝑmimur:mõ ſoluimur æſtu Aere non certo corpora lan
guor habet.¶ Cocytus.inferorũ fluuius κωκυτος luctus & ululatus dicit̃ κωκυζω lamentor κωκυω ploro lu-
geo lamentor.Macr.aũt.li.i.de ſom.ait.ꝙ nõ aliud Cocytũ eẽ aſſeuerũt.q̃ qcqd hoies ĩ luctum lachrymaſq;
compellit.¶ Danai genus iſame:Belides intelligit̃ q̃ fuere.L.filiæ danai filii Beli q̃ ẽt.L.filios Aegypti patrue
les ſuos ac uiros prima cõiugii nocte occiderũt ꝑter minorẽ natu hypermeſtrã q̃ lino ſuo pepercit. de quo am
ple in naſonis epiſtola habetur ait ẽt ĩ ibidẽ.Quæq; parare ſuis lœtũ patruelibus aulæ Belides aſſidua colla
ꝑmuntur aqua.¶ Siſyphus.de hoc in met.legit̃.Aut petis aut urges ruiturum ſiſyphe ſaxũ per quod uolũt
intelligi.ut Mac.ſcribit:qui apud nos inefficacibus laborioſiſq; conatibus uitam trahunt.

¶ ACR. Heu fugaces.Præmiſſo doloris affectu ad poſthumũ q̃ritur de uitæ breuitate:qđ nullus iuſticia
uel pietate mortẽ poſſit euadere nec iminentẽ horã differre:& dicit ſupuacue timeri quod nõ poteſt euitari.
Indomitæq; morti quaſi ferociſſimæ a qua nemo exoret indulgẽtiam:ſicut & illachrymabilẽ ſubiungit plu-
tonem.¶ Tricenis.per menſes ſingulos.i.quotidie:dixit autem eunt pro mortalitatis dolore: quaſi fluunt &
pereũt.¶ Illachrymabilem.durum implacabilem:qui nulla hoſtia:nec ſi diurna ſit placari poſſit:dicit tamẽ
præſentia picula magnope hoies uitare cupere:cum nulla rõne poſſit mortẽ uitare.¶ Qui ter amp.gery.hoc
eſt trino corpe monſtruoſum:quẽ Hercules interemit.Vir.Gerione extincto tirynthius attigit arua.& terge-
mini nece gerionis.Ordo ẽ.qui cõpeſcit ter amplũ gerionem & tityon triſti unda.i.inferna oĩbus enauiganda
qcunq; ueſcimur terræ munere ſiue erimus reges ſiue erimus inopes coloni.¶ Enauiganda.i. moriendũ ẽ ut
nauita ſed triſtis nũc hos nũc accipit illos.¶ Inopes.pauperes quaſi ꝑ opes dicit.¶ Coloni.optĩe dixit.q̃ ſi nil
ꝓpriũ habentes ſed tpales terræ cultores.¶ Fruſtra.c.hoc ẽ fruſtra uitamus pugnas & nauigatiões & peſtiſe
rum timemus autũnum:cum neceſſe ſit omnibus mori.¶ Fractiſq;.tempeſtuoſis.Vir.quibus omnis ab alto
Frangitur inq; ſinus ſcindit ſeſe unda reductos:unde & raucum ſonũ fracta reddidit unda ĩ ſcopulos.¶ Rau-
ci.tẽpeſtuoſi.ſonori.ut Virgi. Tum rauca aſſiduo longe ſale ſaxa ſonabant.¶ Metuens auſtrũ.auſtro.n. flante
morbi generant̃ autumno.unde & Iuuena.iam lœtiſero autũno cedente pruinis.¶ Viſendus ater. ideſt uide-
bimus ergo damnatorum umbras quas uidentes beati prætereunt:aut quibus ſcelerati iũgunt̃.¶ Languido
triſti uel deformi pigro:ut triſtiq; palus innabilis unda.¶ Cocytus errans.flexuoſus:ut cocytuſq; ſinu labens
circũuenit atro.¶ Infame.famoſum a crimine:danai.n.filiæ una nocte iuſſu patris occiderunt maritos:unde
Vir. Sub una nocte iugali Cæſa manus iuuenũ.unde ꝓ ultiõe criminis apud iferos urnis fractis aquã idefeſ-
ſæ perhibẽt̃ aurire.¶ Damnatuſq; longi.ſ.æ.l.damnatus laboris dixit ut damnatus capitis uel iniuriarũ hac
autem manere pœna apud inferos ſiſyphum dicitur:ut ſaxum contra mõtis uerticem uoluat quo ſemper re
lapſo finem nunq̃ meret̃ laboris:de quo Vir.Saxum ingens uoluunt alii.

¶ POR. Heu fugaces poſthume poſthũe labunt̃ anni.Ad poſthumũ hac ode loquit̃ de celeritate currẽtis
uitæ.¶ Indomitæ morti:indomitæ q̃ſi ferociſſimæ:quia nemo ab ea beniuolentiã & indulgentiam exorat.Sic
& illachrymabilẽ plutona ſtatim ſubiicit.¶ Qui ter amplũ gerionẽ.Ter amplũ ꝓ trimẽbri dixit:& accipien
dũ hic extrinſecus q̃uis ut ſit q̃uis ter amplum.¶ Quicũq; terræ mũere ueſcimur. ꝓ quicũq; carebimus fru
ſtra cruento marte carebimus.Præſentia pericula magnope uitare cupimus cum nulla ratione mortẽ effuge
re poſſimus .¶ Fractiſq; rauci fluctibus adriæ.fractis pro illiſis dicitur.¶ Damnatuſq; lõgi Siſyphus æolides
laboris.Damnatus laboris ſic dicitur ut capitis damnatus.

¶ CHRI. Heu heu fugaces.Et pulcherrima ſimul:& ueriſſima narrat:atq; illa mira uarietate diſtinguit:
& illuſtrat:Demõſtrat.n.poſthumo uiro:ut reor auaro:mortẽ euitari nõ poſſe;breuiq; cuiuſcũq; fortũæ fueri
mus eẽ moriendũ:ppeaq; ſtultiſſimũ eẽ nõ frui iis:q̃ nõ tãto labore pepererimus. Incipit aũt ab iteriectiõe
dolẽtis:ut ſtati a pricipio auditorẽ cõmouere poſſit ipſo mœroris pleno initio.Et nomẽ cõgeminat : q̃ conge-
minatio occultã hẽt aut cõqueſtionẽ aut iurgationẽ.Sic Ter.O thais thais.Sic Virgi.O coridon coridon q̃ te
dementia cœpit.¶ Fugaces.plus ẽ q̃ fugitiui:nã huiuſcemodi uerbalia & hĩtũ:& abundantiã rei cuius eſt ha-
bitus denotãt.Sic dicimus bibacẽ & edacẽ cũ & habitũ & frequentatiſſimos actus notamus.¶ Poſthũe:nomẽ
in hoc loco ꝓpriũ eſt:Cæterũ is poſthumus appellat̃:q poſt humatũ patrẽ:natus ſit.Vir.Siluius albanũ no-
mẽ tua poſthuma ꝓles.¶ Labũt̃.ueluti aq̃ q̃ ſine itermiſſiõe fluit.Hinc Vir.Sed fugit iterea fugit irreparabi
le tp̃s.¶ Pietas.ẽ iuſticiæ pars:diffiniturq; iuſticia gratũ & diligẽs officiũ tribuẽs ꝓpinqtate nobis cõiũctis pa
triæq; deuotis:ſed hic ponit̃ ꝓ religiõe:q̃ qdẽ ſi deos nõ exorat ut mortẽ a nobis ꝓpulſent:quænã alia res po-
terit exhorare?¶ Rugis.qm̃ ĩ ſene deficiũt ſubtiliores humores corpus areſcit:dureſcitq; un̄ cutis in rugas cõ
trahit̃.¶ Inſtãti.iminẽti quaſi quæ breui uẽtura ſit.Voluit.n.breuitatẽ hũanæ uitæ oſtẽdere.¶ Indomitæ. i.ex
pugnabili;& ſeruauit ordinẽ:ut in breuitate uitæ celeritatẽ ſenectæ:& ĩ ſenectute iminẽtem & neceſſariã mor
tem oñdat.¶ Nõ ſi tri.q.d.ꝑ mẽſes ſingulos q tricenis diebus cõſtant:ergo pene eſt ac ſi dicat quotidie quot-
quot quotcũq;.¶ Places.i.placare & exorare tẽtes.¶ Plutona.ad quẽ ptinẽt.nam in tutela Plutonis ſunt mor-
tui nec amplius in ſupoꝝ cuſtodia.Hic Vir.Nec iã cœleſtibus ullis debẽtem.Pluto filius Saturni & iouis Ne
ptũniq; frater:& cui in mũdi diuiſiõe infera regna eueniſſe fabulant̃.Qui uero ad hiſtoriã referũt: oriẽtales
ptes dicũt in diuiſiõe Ioui obueniſſe:quæ plaga qm̃ ex ea mortalibus lux dat̃:ſupior appellat̃.¶ Occidẽtales
aũt Plutoni:& hæ iferiores apparẽt.Vnde fictum a poetis eſt Ioui cœlũ:plutoni:cui Ageſilao cognomẽ fuit
inferos eueniſſe.Nec ob aliam cãm Neptũnus maris deus credit̃:niſi qa inſulæ & maritimæ regiones illi ob-
uenerũt.Hæc ĩ ſacra hiſtoria legi Lactãtius auctor eſt.Habitauit ſecus Iſerũ mare:ubi poſtea fuere moloſſi.
Euſebius illũ tpe Lyncei argiuoꝝ regis fuiſſe cõmemorat.Diodorus uero ſiculus plutonẽ ſepeliẽdi fũeriſq;
ac exequiaꝝ inuẽtorẽ extitiſſe ſcribit:cũ hactenus nulla in hac re cura erga defunctos exhiberet̃:ꝑpeaq; mor
tuoꝝ deũ eẽ habitũ uocat̃:orchus.Varro plutonẽ iter deos ſcelectos poſuit:quos.xx.ſcribit ianũ:Iouẽ:Satur

num.Genium.Mercurium.Appollinem.Martem.Vulcanum.Neptunum.Solem Orcum. Liberum patrē:
Tellurem.Cererem.Iunonem.Lunā.Dianā.Mineruam.Venerē.Veſtam.Sunt ergo duodecim mares.octo
fœminæ.Phyſici aūt Plutonem ītelligunt ſolem:q hyemali tpe remotiorē quādam mūdi partem pluſtrat.
Eſt autem dictus diuitiarum deus quod indicat nomen:nam & latine Dis pater appellaſ.& ditis ēt in nō te
ſte Seruio.Vnde ſunt dites & diuites & diuitiæ & græce πλουτον diuitias & πλουσιον diuitem dicunt.Eſt
deus diuitiaꝝ:qm̄ & metalla ī qbus maxiæ diuitiæ continenſ ſub terris ſunt & oēs fructus ex īterna terræ ui
ꝓueniunt.¶ Gerionē:hic pegaſi alati equi ſm Heſiodum filius fuit:& ab Hercule īterēptus. Huic canis fuit
orthus noīe natus ex Echidma & Typhaone.Refert autem Seruius ꝙ ī Hiſpania tres reges fuerūt inter ſe ſi
millimi qbus Hercules armēta abſtulit.Hic fabula exorta Geryonē unum fuiſſe:ſed tria habuiſſe corpora.
Alii dicūt Gerionem tribus inſulis īperaſſe atq; illis oībus ab Hercule exutum fuiſſe Has ponūt duas balea
res maiorem & minorē.item hebuſam.Plin.ī erithrea iſula celtiberiæ oppoſita Gerionē habitaſſe credi ait.
Hinc Ouid.Ecce boues illuc erithreidas applicat hæros.Addūt Herculē in Hiſpania cōtra hunc ferrea olla
enauiſſe.Qua in re oſtendiſ robur huius herois.¶ Ter am.trino corpore monſtruoſum.Sunt q fabellam ad
mores referāt.& Gerionem terræ cōtentionem īterpretenſ:quæ inſurgit aduerſus Herculem.i.certamē car-
nis aduerſus ſpm̄:hoc fit cum appetitus inſurgit contra rōnem:& fit in Hiſpania regione occidentali.i.in men
tis rōniſq; occaſu ac cæcitate.Hercules igiſ.i.rō ad illū expuguādū ꝑ mare uehiſ.i.ꝑ appetitū uexatum per-
turbationibus ut mare tēpeſtatibus:ſed uehiſ olla ferrea.i.ſumma fortitudine & cōſtātia.¶ Tityon:dicūt Io
uem filiam orcomeni Ellarō compſtiſſe.ſed mox cum illi irā Iunōis timeret ſub terris occultaſſe:atq; idē na
tum eē Tityū & a terra nutritū.Veꝝ cū e terra exiſſet multi illū terræ filiū crediderūt.Quapp cū ptī natū.
ptim educatū a terra opinareſ in re ambigua ambiguum quoq; nomē Vir.elegit cū dixit.Necnō & tityū ter-
ræ omniparētis alūnum.Alūnus enim utrūq; ſignificat.Hūc cum latonā de ſtupro cōpellaſſet:Apollo ſuis
ſagittis ad iferos detruſit cruciatūq; æternum illi appoſuit:ut aſſiduo iecur ſuū uultur exeſſet:iecurq; ut pœ
næ ſufficeret aſſiduo renaſcereſ.Vnde Enni.Vulturis ī ſiluis miſeꝝ mādebat hoīem.& Virgilius.Nec nō & ti
tyon terræ oīparētis alūnum Cernere erat ꝑ tota nouem cui iugera corpus Porrigiſ: roſtroq; imanis uultur
adūco īmortale iecur tōdens:fœcūdaq; pœnis Viſcera rimaturq; epulis habitatq; ſub alto pectore:nec fibris
reqes daſ ulla renatis.Hūc Leōtius uetuſtaꝝ teꝝ ſcrutator ſcri.apud Boetios magnū fuiſſe uiꝝ atq; ſuis opi
bus fretū tentaſſe Appollinem delphis pellere:ſed cōtra euenit:nā ipſe ab appolline pulſus:& ad pauptatē re
dactus aſſiduo mœrore ex facti pnīa maceratus eſt.Itaq; ꝑ uulturē tormētum cōſcientiæ itelligūt.Lucre.aūt
maxime hāc fabellam ad libidinoſum amorē refert:Ipulſus ni fallor ꝙ iecur libidinis ſedes ſit.ait ergo.Sed
tityus nobis iamq; eſt in amore iacētem.Quē uolucres lacerant atq; exeſt anxius angor:Aut alia quāuis ſcin
dunt turpedine curæ.Quāuis autem fabuloſum ſit ꝙ iecur ī tityo renaſcaſ:& uelint ꝑ id oſtendere poetæ ꝙ
libido nūquam extinguaſ:ſed quanto plus exerceſ plus creſcere:nō tamē oīno a phyſica diſcedunt.nam alia
exta ut cor lien & pulmo putrefacta nō renaſcunſ:iecur uero renaſciſ.¶ Triſti unda:ſic Virgil. Triſtiq; palus
inamabilis undæ.¶ Qui.t.m.u.q.d.oēs mortales:nam ſi ex ſola anima cōſtaremus:q̄ cœleſtis eſt:non mo-
reremur:ſed qa corpus a terra eſt & a terra alitūr:nam oīa iiſdem rebus aluntſ ex qbus conſtant:neceſſe ē ut
qñq; in iteritū cadat.Non tñ oīno terrenū eſt corpus ſed ex quattuor elementis geometrica proportione con
ſtat ita & fructus qbus alimur.nō ſimplici ex elemento ſunt:ſed eadem ꝑportione cōpoſiti.¶ Enauiganda.re
ſpexit ad fabulam qua Charon animas acherontē tranſuehit.¶ Fruſtra cruēto:ſententia eſt q̄uis prælia:q̄uis
naufragia:q̄uis autūnales morbos ſugiamus:& cætera huiuſcemodi picula tamē poſtremo moriendum erit
qa oīa orta occidūt.& oīa cōpoſita ſolui qñq; neceſſe eſt & in iteritū cadere.¶ Rauci.raucū ſonū pp tēpeſtatē raucus
emittētis.& ut ēt in ſupioribus in neutro genere ꝑ mari uſurpauit.Raucū uero aliqñ ad optimā uocē referi-
mus Virg.piſcoſoue amnæ paduſæ Dant ſonitum rauci per ſaxa liquentia cigni:aliqñ ad peſſimam:ut rauci
theſeide codri.¶ Cocytus.de fluminibus īferoꝝ alibi expreſſius diceſ.¶ Languido:expreſſit craſſitudinem
& cœnolentiā aquarū in fame pp ſcelus commiſſum.¶ Danai.ex prio Ioue epaphum atq; ex papho priſcum
bellum natum uolunt:quia in ſuperiori ægypto regnauit:huic duo fuerunt filii: Danaus:& ægyptus. Dana-
us quinquagita habuit filias:ægyptus totidem filios.Cogebatur danaus a fratre ut ſuas filias ſibi nurus præ
beret:ille recuſabat deterritus oraculo:a quo accepat fore ut quādoq; a genero iteriſiceretur. Propterea naui:
q̄ ut ſupra diximus ab eo prima fabricata eſt:in græciā nauigauit:iſecuti ſunt nepotes:tandēq; illum obſiden
do coegerunt ut filias in uxores daret.Dedit Danaus:ſed eas admonuit ut dormientes aggrederentur atq; in
terficerent.Itaq; cæteræ omnes iuſſa paterna adimplerunt.Sola aūt hypmeſtra lino ſiue linceo uiro peper-
cit.Quapp hac pœna apud iferos uexāſ hæ puellæ:ut iubeanſ uas aqua implere.qđ cū undiq; rimoſum ſit
īplere nūq̄ pōt:hāc fabulam ꝑ allegoriā Lucretius iterpretaſ ſignificari illoꝝ animos q nimia cupiditate eo
rum bonoꝝ:quæ in fortunæ ptāte ſunt:iflammati nulla unq̄ rerum affluentia tm̄ ardorem extiguere pōt:ſed
ſꝑ plura optātes nunq̄ explenſ.Ille igiſ cū plura in hāc ſnīam dixerit:addit Nec tñ explemur uitai fluctibus
unq̄ hoc opinor ideſt æuo florēte puellas:Quod memorant laticem ptuſum cogere in uas.Quod tñ expleri
nulla rōne poteſtur.Hic danaus:ut placet Euſebio regnauit apud ægyptios anno mūdi.xvi.ſupra tria milia &
ſeptigentos.¶ Longi laboris: qa ppetui:imo æterni:ſi fabulæ credimus:& æternitate nihil lōgius.¶ Siſyphus ſiſyph.
æolides:hoꝝ ſiue hiſtoria ſiue fabula adeo uaria ambiguaq; tradiſ ut difficile ſit oīa ꝑſequi. Nā & plures ſi
ſyphi & ex pluribus æolis nati uidenſ:primū āt ſiſyphū dicūt fuiſſe regnante Danao argis:uel ſaltē Lynceo
eius nepote atq; genero q illi ſucceſſit.Volūtq; hūc ephyrā in achaia cōdidiſſe:quam deide Corithus Hore
ſtis filius a ſe Corinthū nominauit:& habuiſſe in uxorē ſeptimam Athlantis filiam Meropē:de qua Oui.Se-
ptīa mortali merope tibi ſiſyphe nupſit.Fuit & alter ſiſyphus & hic æoli ſed alterius a ſupioſ æoli filius regnā-
te Aegeo athēis:q ut refert Lactā.ī iſthmo achaiæ habitās:ꝑtereūtes aut ſaxo obruebat.aut dū ab eo iuſſi ꝑe-

des lauarent in mare calce ictos præcipitabat. Adduntq; ſuoꝝ archanorum a diis participē factum illa mortalibus prodidiſſe & furta iouis cū Aegina manifeſtaſſe. Quo ſcelere a Ioue ea poena ad inferos detruſū: ut ſaxum ex ima ualle ſubuoluēs in montis iugo conſtituere iubeaſ. Verum cum iam ad locum deuentum eſt: rurſus ſaxum ad ima ruit Hic Oui. Aut petis aut urges: ruiturū ſiſyphæ ſaxum. & Vir. ſubtracto nomine. Saxū ingens uoluunt alii: Et apud quēdam tragicum. Tum illud quod ſiſyphus uerſat ſaxum ſudans: nitendo nec proficit hilum. Per quā rem eos arguere poete uoluerūt qui perpetuis curis ac laboribus anxii ſemp. circa magna uerſantur & ſummos magiſtratus atq; imperia per ſtultiſſimam ambitionē aſſequi tentant. Et quoniam maiora ſuis uiribus expetunt: nunquam quod uolunt aſſequuntur. Sed omnes eorum conatus inefficaces redduntur. Sapienter ergo & hoc Lucretius. Siſyphus in uita quoq; nobis ante oculos ē. Qui petere a populo faſces ſæuaſq; ſecures Imbibit & ſemper uictus triſtiſq; recedit. Et paulo īfra. Hoc eſt aduerſo nixantē trudere monte Saxum quod tandem ſummo iam uertice rurſus Voluitur & plani raptim petit æquora campi. Hunc uolunt ulyſſis patrem fuiſſe: quod illi etiam Aiax apud Ouidius exprobrat. Et ſanguine cretus Syſyphio. Nam ꝙ a Theſeo interfectus ſit: ut nōnulli dicunt propter diuerſitatem temporū quadrare non uidetur & fortaſſe erit tertius ſiſyphus: ſed poetarū licentia cuncta cōmiſcet atq; cōfundit. ▼ Aeolides: æoli filius neq; de hoc alibi: nā neq; ēt æolus unus fuit.

> Linquenda tellus & domus & placens
> Vxor. neq; harum quas colis arborum
> Te præter inuiſas cupreſſos
> Vlla breuem dominum ſequetur.
> Abſumet hæres cæcuba dignior
> Seruata centum clauibus: & mero
> Tinguet pauimentum ſuperbo
> Pontificum potiore coenis.

CANT. Cupreſſos: cupreſſi mortuoꝝ dōibus pōebātur: ideo ꝙ hæc arbor exciſa non renaſciſ: ſicut ex mortuo nihil iam ſperandum: quam ob cām in tutela ditis p̄ris eē putabaſ: ut Feſtus inq̄t. ▼ Breuē. i. breuis uitæ. ▼ Dignior: tu enī illis caruiſti. tanq̄ indignus. ▼ Tinguet pauimentum. ſparget quod tu ſeruaras tātopere. ▼ Supbo. nobili & optimo. Pauimentū domorum ſolū: dicebanſ etiam pauimenta poenica: hoc ē marmore numidico ſtrata: ut ſcribit feſtus: pauire uero ferire eſt: ut idē ait. De pauimēto āt plura diximꝰ in Iuue. Sat. xiiii. ibi Verre pauimētū. ▼ Potiore: ideſt meliore & dignioꝛ coenis ſacerdotalibus q̄ ſpargi humi: uel digniore uino quo utebanſ ī coenis pontificū. (margin: cupſſus)

CACR. Pro hoc tñ flagitio tali poena percullus eſt q̄a æginā aſopi filiam Iuppiter adamauit eamq; cuſtodiæ p̄ris furtim ſurripuit: & factum Siſypho confeſſus eſt: ille humana leuitate quærenti eam p̄ri ꝓdidit hic tali apud inferos poena dānatus ē. ▼ Linquēda: a moriētibus. ſ. qa ēt dulces reliquūt affectus. ▼ Neq; harum ordo eſt: neq; ulla arboꝝ haꝝ quas colis ſequiſ te breuē dominum: ideſt parui tꝑis præter inuiſas cupreſſos id eſt rogis & luctibus conſecratas. Vir. Et ferales ante cupreſſos conſtituunt. ▼ Abſumet hæres. hæc cum inuectione dicunſ in eos qui nimia parſimonia conſeruant quæ prodigi hæredes abſumūt. Iuuena. Vt locuples moriaſ egens. ▼ Tinget pauimētum: ſolum promptuarii hoc eſt profundet pauimentum negligens hæres uino deorum conuiuiis digno. ▼ Supbo: pro ipſe ſuperbus. hypallage figura.

CPOR. Præter inuiſas cupreſſos: inquit q̄a funeribus cupreſſus adhibeſ. Breuem autē dominum: ideſt breuis uitæ. Abſumet hæres cæcuba dignior ſeruata centum clauibus: hæc cum inuectione dicunſ corripiētieum ꝙ ad nimiam parſimoniam ſe conſtringat adſeruans quod hæres ꝓdige ſit abuſurus. ▼ Et mero tinget pauimētum ſupbo. Effuſurum eum paſſim uina ſignificat: quæ hic magnopere ſeruauerat ſecluſa. ▼ Supbo autem pauimento pro ipſe ſuperbus.

CCHRI. Linquēda: tellus. i. agri q̄bus delectaris. ▼ Et placēs uxor. nō temere placēs dixit: nā relinquere difficilem & moroſam uxorē pars non minima foelicitatis uideſ: hac eadem rōne Iuuenalis ſcripſit. Rogus aſpiciendus amatæ Coniugis & fratrum plenæq; ſororibus urnæ. ▼ Inuiſas cupreſſos: nulla arbor ſequeſ: te præter cupreſſum: ſed nec ea q̄dem delectaberis: q̄ꝫ erit īdiciū tui rogi: Adhibebaſ autem funeribus: quoniam ut mortui non reſurgunt: ſic ipſa cæſa non pullulat: ergo rogus illa ornabaſ. Virgilius. Ingentē ſtruxere pyram cui frondibus atris Intexunt latera & ferales ante cupreſſos Conſtituunt. Sunt etiam qui dicant iccirco cupreſſum rogis adhiberi: q̄a ſuo odore cadaueris uſtrinam tollat. Mos autē apud Romanos fuit ut ante domum defuncti. ramus e cupreſſo ponereſ in indicium pōtifici: q ſi domum funeſtatam igreſſus eēt ſtatī polluebaſ in hanc Cato īuehēs. hiatu moroſam: fructu ſuperuacuam: baccis toruam: foliis amaram. odore uiolentam ac ne umbra quidem gratioſam: Diti ſacram: & ideo funeri ſigno appoſitam dixit: patria fuit creta. ▼ Breuem dominum: qui iam in tantillū cinerem redactus ſit: uel breuem ad temporis breuitatem retuli breui enim tēpore rebus a nobis poſſeſſis dominamur. ▼ Abſumet. ſumma ſtultitia ut tu labores: & alter tuo labore partis fruaſ. ▼ Dignior. uel dixit hironice: cum magis dignū ſit q parit eum partis frui: uel dignior. quia ſcit uti quo tu uti neſciebas. ▼ Seruata centum clauibus: ſumma ſtultitia ut tanta anxietate parcens ea ſerues: quæ alter ita diſſipabit: ut nō modo utatur: ſed etiam ſpargat. ▼ Superbo. nobili excellenti. Oſtēdit autem ꝙ uſu ſæpe euenit: ut quanto maiore auaritia & paramus & partis parcimus: tanto maiore prodigalitate hæres ſpargat. ▼ Tinguet. plus dixit q̄ ſi dixiſſet ſparget: eſt autem tingo & tinguo. ▼ Pauimentum. ſolum ē nobis ſubiectum quod gradiendo calcamus: dictum a pauendo: quod tondere pcutereq; ſignificat. Cicer. de diuinatione. Sed q̄a cum paſcunſ neceſſe eſt aliquid ex ore cadere & terram pauere terripuuium primo poſtea tripudium dictum eſt: hinc pauor quando timor cor pulſat & pauſia oliuæ ſpecies: quæ antequam molæ ſubiiciaſ tondiſ. ▼ Potiore coenis. p. i. uino quod daſ in coenis pontificum: conſtat enim apud plures ſcriptores & maxime apud Macrobium pontificum coenas lautiſſimas luxurioſiſſimaſq; fuiſſe.

Argumentum. ODES. XV.

¶ANT: Dānat.hac ode ædificioꝝ luxuriā:agri.n.illis occupati minus populo neceſſaria ſuppeditabāt:laudat inde maioꝝ pſimoniam.Cenſus.n.priuatus olim breuiſſimus erat:res uero cōis ingens.¶ Iam pauca aratro iugera regiæ.Ode eſt ſimilis nonæ li.i.¶ Regiæ moles:diuitū ꝓ̄ria ruri ædificata:q̄ regiæ uidebanẜ.i.regum domus.Vndiq; uiſenẜ.Ordo ē.Vndiq; uiſenẜ ſtagna latiꝰ extēta.i.ampliora lacu lucrino:piſcinas.n.intelligit.¶ Lucrino lacu.Cōtiguus baiis lucrinus adeſt ſinus:itra quē auernus eſt.ut inqt Strabo li.v.Pli.quoq; li.iii. ꝓpe baias eē idicat lacū lucrinū & auernū.Platani.Erāt in uſu platani apud romanos: uel in uilla: uel i hortis urbanis:ad umbras in ambulationū:quē uſum docuerūt Athenæ in plioꝝ ocio πλατος āt latitudo dr̃.πλατυνω dilato.Plura diximꝰ i Iuue.ibi. Frōtonis platani.¶ Cælebs.i.ſine uitibꝰ ꝑ metaphorā nō iunguntẜ.n.platano uites:qa ut ſcri.Pli.iucūda eſt umbra platani:q̄q̄ craſſa. Cælibē āt dictū exiſtimāt ꝙ dignā cœlo uitā ducat:ut ſcri.Feſtus.Vlmos cuincet:hoc eſt plures erūt platani uoluptatis grā cōſitæ q̄ ulmi cū uitibus.¶ Narīū.i.odoꝝ.Oliuetis.ubi fuerāt oliueta.¶ Fertilibꝰ:nūc.n.ſublatis īde oleis uiolaria & ſilua ibidē ꝯſerebāt ad uoluptatē & odoꝝ grām. ¶ Ictꝰ:ſolares radios:uel fulmīa itelligit:laurꝰ.n.nō tāgiẜ fulmīe:ut ſcri.Pli.li.xv.¶ Nō ita romuli.ordo ē.Nō ita p̄ſcriptū auſpiciis romuli & intonſi catonis & ueteꝝ norma.¶ Nō ita p̄ſcriptum.i.p̄ceptum.Romulus.n.p̄cepit ſuis agriculturā & militiā:ut late oſ̄dit Dionyſius:& nos multa in principio geor. platani Platos platino Cælebs



¶Ode.xv.tricolos tetraſtrophos de ruſticāis ædificiis:& maiorum parſimonia.

Iam pauca aratro iugera regiæ
Moles relinquēt:undiq; latius
Extenta uiſentur lucrino
Stagna lacu:platanuſq; cælebs
Euincet ulmos.tum uiolaria &
Myrtus & omnis copia narium
Spargent oliuetis odorem
Fertilibus domino priori.
Tum ſpiſſa ramis laurea feruidos
Excludet ictus.non ita romuli
Præſcriptum & intonſi catonis

¶ACR.Iā pauca:antiquoꝝ hic ſeueritatē & cōtinētiam laudat:& q̄riẜ de p̄ñtis luxuria ſeculi quo tanta ædificandi ſuaſit libido ut ædificia latius porrigēdo uel captādo amœnitatis aſpectus breui agros dicat arōnibus defuturos.¶ Vndiq; latius:nō latius extēta ſed latius uiſenẜ tāq̄ nō in latitudinē ſed in altitudinē potius extēderenẜ porrigēdo faſtigia.ut lucrinus baiarū lacus undiq; cōſpicereẜ.¶ Platanuſq; cæ.eui.ul. plures erūt inqt platani q̄ ulmi:q̄ ſine fructu ſūt magis ad amenitatē deābulatiōis poſitæ:qa ulmi utiles uitibus & neceſſariæ ſūt:hinc notat luxū p̄ñtis tpis: uel ꝙ myrtus aut uiolaria āteferanẜ oliuetis: pluſq; odoꝝ copia q̄ fructus curenẜ:cælebs autē uitibus uiduas:iō oliuetū dixit fertile priori dño:qa p̄ſertim ſolam poſuerat fertilitatē placere.¶ Tū ſpiſſa.r.l.īfructuoſa etiā laurus.aut ad excludēdos umbra ſua ſolis ardores poſita:aut certe quia iō in uiridariis inſtituebaẜ:ꝙ feruidis ictibus fulminū credebatur eſſe contraria.¶ Excludet ictus.contra maiorū laborioſam frugalēq; uitā Romuli uel Catonis dicit luxū p̄ſentē.¶ Præſcriptū:præceptum a magiſtris ludi tractum:qui præſcripta dant quæ imitentur.¶ Intonſi autem ideo qa dicebant iniuriā naturæ fieri:ſi ꝙ tegmento capitis datū fuerat amputeẜ:unde & Lu.Intōſos rigidā in frontē deſcendere canos.Paſſus eſt.

¶POR. Iā pauca aratro iugera:hac ode de luxuria p̄ſentis ſeculi loquiẜ:ſenſus eſt autem:tanta libido eſt hoc tempore latius porrigendi ædificia:ut breui defuturi ſint agri.¶ Vndiq; latius uiſenẜ extento lucrino ſtagna lacu:nō tm̄ in altitudinem:ſed etiam in latitudinem ſtudent porrigere ædificia.Deniq; undiq; lacus lucrinus proſpicietur in campania:non autem latius extenta ſtagna intelligendum: ſed latius uiſenẜ.¶ Platanuſque cælebs euincet ulmos:cælibem platanum ait eleganter:quoniam ecōtrario maritari arbores dicunẜ:quibus uites iunguntur:per hoc autem ſignificat nonniſi luxuriæ & ambitioſis uoluptatibus ſtuderi.¶ Platanus autem in ambulacris conſeritur:unde fructus nullus eſt.¶ Copia narium:odorem dixit.¶ Spargēt oliuetis: hoc eſt ubi oliueta fuerunt.Significat autem futurum ut oleæ arbores uertanẜ ad conſeruandas ibi myrtos & uiolas &c.quæ ſunt odori & uoluptati.Non ita romuli præſcriptum & itonſi catonis. Auſpiciis ueterumq; norma:præſcriptum & p̄ceptū dr̃ a magiſtris ludi qui ſcripta pueris dant p̄cipiuntq; imitari. Intonſum autē Catonem ait:quia ueteres ꝓpter ſeueritatem hirſuti erant.

¶CHRI. Iā pauco aratro.Priſcoꝝ ſeuiritatē & pſimōiā laudat:ſuoꝝ tēpoꝝ luxū maxīe in edificādo carpit. ¶ Moles regiæ.uillæ iſtar regioꝝ ædificiorū.Moles aūt ſecūdū Pōpeiū ꝓ magnitudīe poniẜ:ſed tm̄ molitiõ & molitiones a mouendo dici affirmat.¶ Iugera:ſi Quintiliāo credimus iugera a iūgendo boues diciẜ. Vulgq;

tm̄ terræ eſſe q̄tum: uno die boues iūcti arant. Columella aūt diſtinctius rē proſequēs ait iuger dici a iūctis actibus. Ponit.n.ſexdecim digitos pedē facere & q̄nq; pedes paſſum ducentos & uiginti paſſus actum. Duos deniq; actus ſimul iunctos aſſerit iuger facere. Erit ergo iuger quadringentoꝝ quadraginta paſſuum. ¶ Aratio: ad arādum cum oīs pene ager uillis hortiſq; occupet. ¶ Stagna cōqueriť nimiū ſpacium uiuariis ac piſcinis occupari: ponit igitur ſtagna pro uiuariis. Quæ quidem iam uidebantur extendi undiq; latius lucrino.i. maiori ſpacio q̄ lucrinus ſit. Lucrinus aūt & auernus lacus ſunt in baiano ſinu contra puteolanam ciuitatem: qui olim ex piſcium copia uectigalia magna p̄ſtabāt: ſed cum maris ipetus: plerūq; irrūpēs inde piſces excluderet: & redēptores grauia damna pateretur: idq; apud ſenatum conquererētur miſſus eſt. C. Iulius Cæſar q ductis brachiis excluſit partē maris quæ āte infeſta erat: atq; p auernum breue ſpaciū reliq̄t: qua & piſciū copia poſſet ſtrare: & fluctus nō eēnt moleſti: hinc Virgil. An memorē portus lucrinoq; addita clauſtra. Atq; indignatū magnis clamoribus æquor: Iulia qua ponto lōge ſonat unde refuſo: Tyrrheuſq; fretis immittiť æſtus auernis. Eſt aūt hoc appellatū opus iuliū: & ab aliis ocia maris. Quæriť ergo poeta q priuatoꝝ uiuaria latiora ſint q̄ publici lacus: ſed pfecto priſci maximos fructus ex uillaticis piſcinis capiebāt: ſcribit Amneus i piſcinā q in uilla plauſippo eſt: piſcē a pollione miſſum poſt ſexageſimū annū expiraſſe duobus eq̄libus ſuperſtitibus: primæ piſcinæ oſtreis poſitæ ſunt a ſergio orata tpe Craſſi oratoris: deinde reliquorū piſciū uiuaria inuenit. L. Murēa: Huius exēplū ſecuti ſunt Philippus: inde Hortēſius orator q ſuæ piſcinæ Murenā adeo dilexit ut extinctā fleuiſſe credať. Lucullus aūt exciſo ēt monte iuxta neapolim maiore ipedio q̄ uillā ædificarat. Eurypum & maria admiſit: ex quo illū pōpeius xerſem togatum appellauit: Curius Cæſari in ſuis cœnis triumphalibus murenaꝝ ſex milia numero mutua dedit. ¶ Platanus: hæc arbor in Diomedis inſulā prius inde in ſiciliam: & illinc in Italiam inuecta ē hæc niſi amœnā dēlamq; pp latitudinē folioꝝ umbram præbeat inutilis pene eſt. Eſt.n. ſterilis: unde Vir.i.Buc. & ſteriles platani malos geſſere ualētes: ſed potantibus amœnam & uoluptuoſam umbram p̄bent: hinc Oui. Et platanus genialis aterq; coloribus ipar: uino eius radices irrigabant. quoniam id ad creſcendum utile cognitum eſt. ait Plinius in lycia iuxta fōtem & uiæ imminentē platanum eē in formam domicilii concauam & octoginta unius pedum ſpecū facere umbra ita dēſa ut etiam imbres arceat. erant & chameplatani minores & ueluti inter homines pumiliōes: multa ſecula durare ea rōne credit Plinius q auctores extarēt platanum delphicam ſuis temporibus adhuc uiuētem manu Agamēnonis ſatam eſſe. Cælebs per acyrologiam dixit celibes enim q caſte degunt appellamus: q a cælo digni ſint. Cælebs ergo ideſt īfructuoſa: nam in cœlibatu nihil gigniť: uel celebs: q a nō maritať uitibus: ut ulmi quæ q̄uis & ipſæ nullū fructum ferant: tamē q a uites ſuſtinent fructuoſæ uideri poſſunt: ergo dolet q platanus ulmos iam uincat. i. q maior ſit platanoꝝ q̄ ulmoꝝ numerus futurus: cum ulmi uites ſubſtineant platani non ſuſtineant. Violaria: dānat luxum in hortis quos ultra modum propagabant & illis locum antea oleis arboribus fructuoſis datum occupabāt: dānat autem eam ſpēm hortorum q ſolis floribus conſeruntť. Ordo eſt. Violaria & myrthus & oīs copia ſparget uarium odorē oliuetis fertilibus: ideſt quæ fertilia fuerant. Domino priori.i. illi q antea poſſidebat. ¶ Oliuetis: nō oliuetis: ſed ſolo in quo antea oliueta erant; nā iā illis exciſis horto datus erat locus. Sed notandum uerbum quod dupliciter proferť nam aliter dicimus. Sparge marite nuces: & aliter: ſpargite humum foliis. ¶ Laurea: laurus quam decēter iuxta myrtum nominat; nam Virg. Et uos o lauri carpā: & te proxima myrte: Sic poſitæ quoniam ſuaues miſcetis odores. ¶ Ictus: nomē eſt uerbale a uerbo priſco ico. cis. Lucretius. Nec radio citius uita ſe tollit & icit. ¶ Præſcriptum: præceptū. ¶ Intonſi. q.d. priſci. nā nō niſi poſt. ccccliiii. urbis annos Romæ tonſores fuerunt ſed in tonſi manebant. Vnde itonſum & barbatū pro uetuſto & priſco ponūt. Iuue. Facile ē barbato īponere regi: intelligit igitur de Catone cēſorino porciæ familiæ auctore: cuius tāta in cenſura ſeueritas fuit: ut & collega ſuus illū timeret. Tria ſūma habuit: fuit enim optimus dux: optimus orator: & optimus ſenator. Et quod illius pprium ſit nomē ſæpius ē accuſatus Quater.n. & quadragies cā ſibi dicēda fuit & ſemp abſolutus eſt quod ueriſimilius eſt. Si uero ad uticenſem referas dices itonſi: q a ex quo ciuilia bella icepta ſūt: nunquam tonderi paſſus eſt. Lucanus. Ille nec horrificam ſancto dimouit ab ore Cæſariem: duroq; admiſit gaudia uultu. Vt primū tolli feralia uiderat arma Intonſos rigidam in frontem deſcendere canos. Paſſos erat: miſeramq; genis increſcere barbam.

¶ ANT. Auſpiciis: pricipiis & ductu. Intōſi catōis. i. rigidi & hiſpidi pp̄ter ſeueritatem: intelligendū uero eſt de maiore catone: tūc.n. meliores erant. Præterea intonſi ueteres dicunť q̄m: ut ſcri. Pli. lib. vii. Tonſores in italiam ex ſicilia uenere poſt Romā cōditam āno quadringenteſimo q̄nquageſimo quarto adducēte. P. Ticinio Mena: primus oīum radi quotti die iſtituit Aphricānus. Sequens diuus auguſtus cultris ſemp uſus ē. ¶ Norma recta uiuēdi regula. ¶ Priuatꝰ cēſus: res ppria. ¶ Cōe. i. res cōis & publica. ¶ Nulla decēpedis. Sēſus ē: nullus priuatus uir habebat porticū tātam ad ſeptētrionē p æſtiuo ſole uitando: q ēt potuiſſet ſufficere umbræ ſolis uicini plagæ ſeptētrionali. tūc.n. umbræ ſūt minime: qđ Iuue. Saty. vii. inuit dicens. parte alia longis numidaꝝ fulcta colūnis Surgat: & algentem rapiat cœnatio ſolem: id q̄dem priorea non habebant tāti luxus. ¶ Decēpedis. Decēpeda regula ē ſeu ptica decēpedū: q̄ fabricæ mēſura colligiť. Eſt ār ſenſus q ātiquoꝝ porticꝰ nō erat tāta ut potuiſſet decēpeda mēſurari. ¶ Metata. mēſurata. ¶ Opacā arctō. i. ūbrā ſolis uicinioris arcto. i. urſæ boreali. ¶ Fortuitū. i. forte &

Auſpiciis ueterumq; norma
Priuatus illis cenſus erat breuis.
Commune magnū. nulla decēpedis
Metata priuatis opacam
Porticus excipiebat arcton
Nec fortuitum ſpernere ceſpitem
Leges ſinebant: oppida publico
Sumptu iubentes & deorum
Templa nouo decorare ſaxo

caſu inuentum quocũq; loco.¶ Spernere:quin ibi ſederẽt iacerent ue.¶ Leges:quæ.ſ.par ſimoniã iubebãt. Luxum quoq; prohibẽtes.¶ Nouo ſaxo.i.externo loco adducto:Marmor.n. e laconia petebaẽ uiride & ꝑcioſum marmo cunctiſq; hilarius ut ſcribit Plinius.libro.xxxvi.Ex armenia quoq; & ægypto uectum eſt marmor:item e nu rum midia Cariſto & Chio Iouena.quoq; Saty.xiiii.inquit.Græcis longeq; petitis marmoribus. patriæ

❡ACR. Normã.ꝑ recta uita poſuit.Metaphora a fabris qui normã uocant ad quã opus dirigũt.¶ Cõe magnum:cõis res omnis erat illis ut in cõe bonum.¶ Nulla decẽpedis.decempeda regula eſt decempedum ad quos ab artificibus fabricæ mẽſura colligitur.n.nulla priuata domus erat quæ porticum haberet tãtæ magnitudinis ut poſſet ſufficere umbræ ſole uicino ſeptẽtrionali plagæ.tũc.n.paruiſſimæ ſunt umbræ:Nam hyemali tpe latiſſimas ẽt porticus ſolis occupat radius.¶ Excipiebat arcton:quæ tanta eſſet porticus:ut ſeptẽtrionali plagæ ſufficeret ſui magnitudine.& ad hanc tantũ pateret ꝑ declinatione ſolis & auræ exemptione ad coelũ.n. clima ſeu porticus ueteres ſeu ædificia cõſtituebãt.unde & iuue.Decẽbri hyemale. Et algentẽ rapiat coenatio ſolem.¶ Metata.mẽſurata diſpoſita.nã metari dicebanẽ caſtra magna cura ducũ peritiaq; cõſtitui: qđ augmẽtum luxus ædificio priuato dedit.¶ Nec fortuitũ ſpernere ceſpitẽ.i.nõ licebat aut neglectũ horrere aut rideri eũ qui ſuper herbã recũberet:aut dormiret:ꝑ qđ ſignificat ſimplicẽ ac ſine ambitu uitã ueteribus romanis fuiſſe.nec magna cura priuatas opes curare & dũ ſtudium omne publicu ornatui impenderetur & templis.

❡POR. Normã:ꝑ regula dixit.Fertilibus dño priori quũ iam uera ſub priore dño.i.ſub prioribus tpibus colebantur & iccirco fertilia erant.¶ Tum ſpiſſa ramis laurea feruidus.Excludet ictus & laurea arbos infructuoſa eſt & tantum uolupeuoſis locis apta.¶ Priuatus.i.c.e.b.cõe.m.ideſt familiarem rem anguſtam habebãt rempublicam magnam.¶ Nulla de.nemo inquit priuatam domum ædificans decempedum porticum ſeptẽtrioni obiectam metabatur.Septentriõi autem obiecta porticus æſtate delicatioribus grata eſt. quia ſolem nõ contingit.¶ Nec for.c.l.ſ.Senſus & ordo eſt.hic nec ſinebant leges ſpernere ceſpitem fortuitum:ideſt non licebat irridere eum qui ſuper ſtipulam recũberet aut dormiret.propter quod ſignificat ſimplicem aut ſine ambitione uitam ueteribus romanorum fuiſſe.¶ Oppida.p.l.i.&.d.t.d.ſ.hoc eſt opera templorum in oppidis publico ſumptu iubentes ædificari.eſt ergo hic figura ſchema quod εν δια δυοιν dicimus: unum i duos ſenſus diuiſit.Oppida enim & deorum templa pro eo quod eſt oppidorum templa.

❡CHRI. Auſpiciis.impis & pẽãre.Virgi.paribuſq; regamus auſpiciis.¶ Romuli: quo regnãte duo agri iugera ſatis erant.¶ Norma.inſtrũm eſt quo fabri ſua opera dirigũt.Hic per tranſlationẽ pro lege poſuit. Decẽpedis regula erat decempedum qua fabricæ menſuram colligebant.Sententia autẽ ſecundum Acronẽ eſt ꝙ nulla eẽt domus priuata quæ porticum tantæ magnitudinis haberet ut poſſet ſufficere umbræ ſolis quũ ſeptentrionalis ẽ.tũc.n.umbræ minimæ ſunt:quoniã pene ad lineam capita noſtra ferit.qñdo autẽ meridianus ẽ:tũc ex tranſuerſu nos petens ad longũ ſpaciũ ædificia aperta ſubit: & umbras longius iacit. Sed erit fortaſſe aliud ſenſus.Antiqui enim habebant:ut & nos loca ad meridiem expoſita:in quibus hyemali tempore applicarentur & in ſole diſcumberent.habebant itidem quæ ad arcton & ſeptentrionem ſpectarent & nullum ſolem admitterent:in quibus in æſtiuis menſibus amoeno frigore epularentur.hoc ꝙ nunc poeta exprimit.Sitq; Sententia nulla porticus decempedis.i.nulla porticus adeo ampla erat ut perueniret ad menſuram decẽpedum. nõ enim negat fuiſſe illis porticum:quæ uergeret ad ſeptẽtrionem:qua calores arcerẽt ſed negat illas decempedes fuiſſe ſed breuiores.¶ Metata:quaſi magno ſpatio mẽſurata.nã metari caſtra quæ magna ſunt dicebantur. quod ſpatium nunc luxui priuatu dari conqueritur.¶ Nec fortuitum.c.ſp.q.d.pro non parua uoluptate erat ſi forte ceſpitem in umbra inueniſſent in quo diſcumberent.aut recumberent quem leges ſpernere nõ ſinebãt. nam ita ſeueræ erant in coercẽdo luxu ut ceſpes pro ſumma uoluptate haberetur.¶ Oppida publico ſumptu. Sententia eſt.ꝙ in publicum diuites eſſent & illis diuitiis aut oppida ædificabãt:aut templa exornabãt.¶ Nouo ſaxo:ideſt externo & aliunde inuecto propter quod illis nouum erat.

Argumentum. ODES. XVI.

❡Ode.xvi.dicolos tetraſtrophos ad Groſphum de Ocio.

OCium diuos rogat in patenti
Prenſus ægeo:ſimul atra nubes
Condidit lunã: neq; certa fulgent
Sydera nautis.
Ocium bello furioſa thrace.
Ocium medi pharetra decori
Groſphe non gemmis neque purpura ue
Nale neq; auro.

❡ANT. Scribitur ode ad groſphum dicẽs ociũ multos temere optare a diis:cum per ſeipſos habere poſſint remota rerum praua cupiditate & auaritia.Vnde non diuitiis:non honoribus curæ cedunt; ſed ſola mentis & aſquiete.qui paruo gaudet. hinc Horati.ipſe paruo lætus lyricis uacat ocio fruens.¶ Ocium:diuos. Ordo eſt.u groſphe ſimul atra nubes condidit lunam :neq; fulgent nautis certa ſidera prẽſus i patẽti ægeo rogat ociũ diuos. Ocium ægeum mare Ociũ uacatio ẽ a labore:cuius cõtrariũ ẽ negociũ.¶ Prẽſus:a tempeſtate depræhenſus.¶ Aegeo.huius maris cõfracti extus ſparſis inſulis fluctus adeo & ipſi plærunq; ſtrident & fremunt ut nullum aliud eſſe mare credatur quod maiores efferat motus neq; periculoſiores. portenditur autem uſq; tenendon:ubi tanq̃ tantæ tedeat amplitudinis in anguſtum delabitur alueum.ſcribit id Diony.ſcribit & pluta Plin.¶ Certa ſidera:ſiderum obſeruationem i nauigando phoenices inuenerunt ut ſcri.Pli.li.vii.¶ Bello.furioſa thrace. Thraces enĩ bellicoſi ſunt: inde phillis ait apud Ouidium.Armiferam thracẽ:qui regat alter erit. Vbi etiam Ouidi.ſicut Horatius hoc locõ græce uariauit Thrace thraces:latinæ enim Thracia dicitur. Venale.id proprie dicitur quod eſt uenditioni expoſitum.Vendibile uero quod facile uẽdi poteſt.hinc autem poeta uſus eſt Tmeſi figura. Conſularis lictor.dignitas conſulum & huiuſmodi quæ omnia ocium denegant. Venale ũcdibile

¶ACR. Ocium diuos rogat. Hac ode indicat ocium nemini non gratum eſſe atq; optabile: aſſeritq; a diis ſtulte hoies ocium præcari: cum ipſi ſibi id pſtare poſſint. ſi cupiditatibus modus ponatur. Nullis prætereà diuitiis aut præmiis emi poſſe. ordo eſt. Groſphe ſimul atra nubes condidit lunam: neq; ſydera fulgent certa nautis præhenſus in patenti. ¶ Aegeo: rogat diuos ocium non uenale gemmis: neq; auro: neq; purpura. ¶ Patenti: lato mari & ubiq; diffuſo ſine littoris alicuius aſpectu. bene præhenſus tanq̃ furtum nauigans faciat inſidiatus ſeréo ægeum autem mare ab ægeo theſei patre dictum. ¶ Certa ſydera: nota aut certe fidelia: quorum claritudo pernox ſit ut merito eis credatur. ideſt ſeptentrio: unde & Luca. Miſeros fallentia nautas Sydera nõ ſequimur: ſed quæ non mergitur arctos. ¶ Ocium. b. optabile etiam bellicoſis nationibus ocium dicit. ¶ Pharetra decuri: quia ſagittarum uſu & armorum ſplẽdore decori ſunt perſæ. ocium naturale animi affirmat bonum: quod nullis poſſit diuitiis comparari. ¶ Gazæ diuitiæ. ut Troia gaza per undas: hoc uero eſt ꝙ non diuitiæ homines ab inquietudine excuſent. ſed quies & electa mediocritas. Ordo eſt. non enim gazæ neq; conſularis lictor ſummouet miſeros tumultus mentis: & curas uolantes circum laqueata tecta.

¶POR. Ocium. d. r. i pa. p. æ. Hac ode Groſphum equitem romanum alloquitur ſiciliensem idicans nemini non ocium gratum eſſe atq; optabile. ¶ Ocium diuos rogat in patenti prenſus ægeo: dicit omnes ſtulte a diis ocium optare cum ipſi illud ſibi præſtare poſſint: quippe cum nullis præmiis ematur. non. n. inquit diuitiæ aut honor ſunt cuiquam quominus inquietam ſollicitudinis mentem patiatur. Et curas laqueata circũ tecta oſtendit non alibi grauiores curas eſſe q̃ ubi maiores opes ſunt.

¶CHRI.Extremū tanaim ſibi ly. Grauis ğrela i crudelitatē lyces. Quæ duritia pluſq̄ barbarica ſit. Extremū putarūt phyſici q loca frigidiſſima icolūt eos durioris eē ai:pſertim ſi aſperiora icultioraq; ſint. Vir. Duris genuit te cautibus horrēs Caucaſus:hyrcaneq; admorūt ubera tygres. ¶ Extremū: qa tanais ab extrema ſcythia & ab ipſis hyporeis mōtibus fluit:ultra quos nulla eſt cognitio terræ hītabilis ppeaq; extrema pars putat. ¶ Si biberes.ſi barbara eēs & ibi nata. ¶ Plorares obiicere.i.nō poſſes nō plorare cū obiiceres. ¶ Incolis.nā ab hyporeis deſcēdunt aqlones ut tanais. Ergo tanais icolæ ſunt. Oui. Scythiā ſeptēq; triōes horrifer inuaſit boreas. ¶ Obiicere:hoc uerbū aut in re noxia dicimus:ut obiecit leōibus & ſic in hoc loco. Aut repagulū obſtaculūq; oppōi irelligimus:ut cū ualidā aciē hoſtibus irruētib9 oppōim9. ¶ Audis:ergo nō latet te. Oſtendit aūt oia adeſſe q frigus augeāt:noctē.aqlōes.niues.& glatiē.& aerē ſerenū. ¶ Inter tecta:nā maiores dom9 impluuia hōt porticibus circūdata:in qbus arbores ēt ſolēt eē. Vir. de priami regia. Aedibus i mediis nudoq; ſub ætheris axe ingens ara fuit:iuxtaq; ueterrima laurus. ¶ Ingratā:nā uenus humanitatē affabilitatēq; deſiderat. ¶ Ne currēte iniaē:ne fortuna qui nūc tibi fauet retrocedat:& trāſlatio a curru q funibus trahat p ardua:q ſi funis remittat:relabit & retrocurrit. ¶ Rota.i.curru ut ſit ps p tote:uel erit rota p trochillo. Nā ſolemus trahere funes p trocleas quo facilius trahentē ſequāt uolubilitate rotulæ illius:& pōdus alligatū ſubleuet:q funis ſi e trahētis manu dimittat:ſtatim relabit retrotrahēte pōdere. Quapp tibi nunc oia pcedūt & uehemēter amaris:ſed caue:ne ab amato qñq; contēnaris:ut tu nūc me amātē contemnis. ¶ Penelopen: de huius caſtitate referta ſunt oia. Filia fuit icari.ſeu icarioti:& Vlyſſis cōiūx:q aduerſāte ēt pře & illa ad nouas nuptias eliciēte:caſta tñ ad uigeſimū ānū ğuis multis pcis ſollicitata pmāſit: Nō ergo gēuit te př ſimilē penelope:ut ita te difficilē pbeas. O.uel optātis ē. Vir. Quāq̄ o ſed ſupent qb9 hoc neptune dediſti. Vel ita legēdū ut Seruius interptat illud maro. O formoſe puer. Legit.n.o ſeorſum ut ſit initiū orōnis amaræ q̄ in illum iuehat. Deīde uerēs illi9 irā reprimit ſe:& mutat orōnē. ¶ Pallor amā.nā aſſidua cura palleſcūt. Oui. palleat oīs amās.color ē hic aptus amāti. ¶ Tintus.u.nā talis ē qualē i uiola dephēdimus. ¶ Nec cu.i.flectit te i amorē meū uir tuus ſaucius pieria.i.captus amore pieriæ. ¶ Pellice.q tibi pellex ē. Snia ſit ſi nō flecteris meis pcibus:mouearē ſaltē iniuria mariti tui q pieriā te cōtempta amat:& aſſentire mihi ut par pari referas. ¶ Parcas ſupplicib9:nā ſūma duritia ē nō pcere iis:q tibi ſupplices ſūt. ¶ Mollior:flexibilior. ¶ Aeſculo.ſpēs q̄ ē qrcus ſed nūq̄ frōdibus ſpoliat. ¶ Mauris:nā lybia harenoſa peſſimis gñibus ſerpētū abūdat. ¶ Nec hoc.q.d.qđ tuum eſt. ¶ Semp erit:noluit minari ſe ſuo illam iudicio deſertu℞. Quæ res iracundiam mulieri puocare potuiſſet:ſed oſtendit neceſſitate id euēturū:ut & illi ſuſpitionem iniiciat:& ſe culpa liberet.

Argumentum. ODES. XI.

¶Ode.xi.dicolos tetraſtro.ad mercuriū.

MErcuri.nam te docilis magiſtro
Mouit amphyon lapides canēdo
Tuq; teſtudo reſonare ſeptem
Callida neruis.

¶ANT.Mercuriū eiuſq; lyram poeta ad cantus ſuitat qb9 lyde fugax & ipia oblectet ipſius deniq; Mercurii laudes & potētiā melodiæ cōcelebrat. Refert etiā Belidū pœnas apud iferos & illarum cædē i patrueles:ipie nāq; illic puniunt:id āt agit:ne lyde ſit ipia ſed mitis fiat in eū. ¶ Mercuri nam te.ordo ē o mercuri dic modos qbus lyde applicet aures obſtinatas:nā te magřo docilis Amphyon mouit lapides canēdo:& tu teſtudo & callida &c. ¶ Amphyon:is iouis filius primus muſicam inuenit.primus itē cum cithara cecinit:primus illā iuēit:ut alii orpheus.ut aliī linus. Auctor Pli.li.vii. de hoc idēq; Hora.ait in arte. Dictus & amphion thebanæ cōditor urbis. Saxa mouere ſono teſtudinis & prece blanda Ducere quo uellet. Solinus uero ait:thebas cōdidit amphion q lyra ſaxa duxerit:neq;.n.par eſt ita geſtum uideri ſed q affatus ſuauitate hoīes rupiū incolas & incultis moribus rudes ad obſequii ciuilis pellexerit diſciplinā. Septē neruis. Diodo.li.i.ſcri. Mercuriū lyræ ex neruis triū chordaꝶ inſtar triū anni tēporum repertorem fuiſſe. Tris.n.inſtituit uoces:acutam graué & mediam: acutam ab æſtate:grauem ab hyeme:mediam ab uere ſumemus. Macro.li.i.Sat.ſcri.lyram apollinis chordaꝶ ſeptē fuiſſe. Per quas tot cœleſtium ſphærarum motus præſtat intelligi:quib9 ſolem moderatorem natura conſtituit:diximus & plura in libro primo: ubi Mercurium Horatius maxime celebrat. ¶ Callida.docta ſcia.

¶ACR. Mercuri.Mercuriū lyræ inuocat repertorem:ut inſpiret ſibi modulationē dignam auribus lides amicæ. Ordo ē:mercuri dic modos qbus lyde obſeratas aures applicet. ¶ Nā te magiſtro:docilis amphyon mouit lapides canēdo iuxta hoc qđ. T. Cic.in rheto.dixit artiū magiſtros afferre laudem ſine uituperatioē diſcipulis. Rurſus diſcipulos magiſtris. Vt hic mercurius laudat in amphione diſcipulo:cuius nota fabula eſt eo q idem amphion cythare cātu & pecudes quarum paſtor erat:ad ſe accerſire cōſueuerat:& lapides quibus muri ſunt extructi thebani:ut Statius. Quo carmine muris iuſſerit amphion tirios accedere montes. ¶ Reſonare ſeptem:ut obloquitur numeris ſeptem diſcrimina uocum.

¶POR. Mercuri.nā te docilis magiſtro:mercuriū uocat lyre inuētorē petēs ut iſpiret ſibi modulationē dignā auribus lides amicæ:ordo ē āt mercuri dic modos qbus lidæ obſtinatas applicet aures nā te docili magiſtro mouit amphion lapides canēdo nota fabula amphionē cytharæ cātu & pecudes quaꝶ paſtor erat ad ſe accerſiſſe:& lapides quibus thebani muri extructi ſunt. ¶ Tuq;.t.quia teſtudine mercurius lyram fecit.

¶CHRI. Mercuri.nā te docilis magiſtro mercuriū inuocat:ut lyræ repertor lyræ ſuæ ſuauiſſimū pſtet ſonū quo amicæ mētē flectat. Ode i genere deliberatiuo uerſat:ſed prophemii uicē obtinet pricipiū:captat.n.ben iuolentiam cū laudet eum ab arte. Laudet itidē a diſcipuli doctrina:q in illum redūdare uř. Ex eodē tō

Margin notes: Amphion lyra Mercurii; Lyra Apollinis

loco oſtēdit facilitatē perhiōis.nā ſi ita inſtruxit amphionē ut poſſet mouere ſaxa multo illi facilius ē ꝓbere ſuauē cantū:hoc idē facit & aliis exēplis.¶ Mouit la.arguit a maiori.nā multo facilius eſt cor muliercula mouere.De amphiōe dictū ē i pricipio.¶ Septē.n.ſeptē chordis.

Nec loquax olim:neq; grata: nunc &
Diuitum menſis & amica templis
Dic modos:lyde quibus obſtinatas
Applicet aures.
Quæ uelut latis equa trima campis
Ludit exultim:metuitq; tangi
Nuptarum expers:& adhuc proteruo
Cruda marito.
Tu potes tygres:comiteſq; ſiluas
Ducere:& riuos celeres morari.
Ceſſit immanis tibi blandienti
Ianitor aulæ.
Cerberus:quamuis furiale centum
Muniant angues caput eius:atq;
Spiritus teter ſanieſq; manet
Ore trilingui.
Quin & iſion:tytioſq; uultu
Riſit inuito ſtetit urna paulum
Sicca:dum grato danai puellas
Carmine mulces.
Audiat lyde ſcelus:atq; notas
Virginū pœnas & inane lymphæ
Dolium fun.lo pereuntis imo
Seraque fata.
Quæ manent culpas etiam ſub orco
Impiæ.nam quid potuere maius
Impiæ?ſponſos potuere duro
Perdere ferro.

¶ANT. Loquax.i.uocalis & ſonora.¶ Oli:āteq̄ mercurius reppériſſet.¶ Modos:uerſus modulatiōes.¶ Obſtinatas.duras ſexorabiles.¶ Trima.i.triū ānoꝝ.¶ Exultim.i.ſalti:uel ſaltuati.¶ Nuptiaꝝ.i.cōiugii.¶ Proteruo:petulāti & ſpudēti.¶ Cruda.imatura & dura.¶ Tygres:q̄ ſunt ferociſſimæ.¶ Cerberus.de hoc uide ſuperius.Totū uero id ad orpheū refert:nam cythara fretus iſeros adiit de qbus uideto Maro.in fine lib.iiii.ge.¶ Centū angues:pp hos itē ſupius dixit bælua centiceps.

Belides ¶ Teter.niger ueneno ſus.¶ iſion ii.de his ſupra oſtendimus.¶ Vrna.de belidū urna loqtur de quibus ode.xiiii.li.ii.de iis & ait Oui.li.iiii.me.Moliriq; ſuis letū patruelib⁹ auſæ aſſidue repetūt quas pdūt Belides undas:& i ibin inqt.Quæq; gerūt humeris pituras belides undas.Exulis ægiſti turba cruēta nurus:finxerūt.n.poetæ has apud inferos eē dānatas tali ſuppli

Fatum cio ut hauriētes aquas urnas abſq; fundis conent̄ iplere:unde Sene.Vrnaſq; fruſtra danaides plenas ferūt.¶ Audiat ly.optat poeta lyda ipſa mitior fiat audito ſupplicio eaꝝ q̄ amantibus ipiæ fuerāt.¶ Seraq; fata.i.decreta deū ſero uenientia.nam ut oſidit apuleius in lib.de mūdo:fatū iouis decretū ē.Deoꝝ uero uidicta ſera eſt ſed grauior:potes ēt ſera fata ſerā mortē accipe uel futura mala ut indicant ſeqntia.¶ Seraq; fa.ordo ē.Et audiat lyde ſera fata quæ manent.i.expectāt culpas ipiæ etiā ſub orco.Nā qd potuere maius ipiæ?Dictio ē nominatiui pluralis.Dicit aūt q̄ ipiæ nō poſſūt maius ſcelus cōmittere q̄ ne

Impioꝝ pœnæ care uiros:& hoc ait pp ſe q ſpnebat ab lyde ipia ut oſtendat ſcelus id eē maximū.¶ Etiā ſ.o.hinc ait poeta lib.vi.Gnoſius hæc Rhadamanthus hēt duriſſima regna Caſtigatq; auditq; dolos ſubigitq; fateri.Quæ qs apud ſupos furto lætatus inani diſtulit in ſerā cōmiſſa piacula mortē.Sen.itē Tragœdia prima ait ut fert fama impios ſupplicia uinculis ſæua perpetuis domant.¶ Vna.d.m.de hipermeſtra dicit quæ lino uiro ſuo pepercit de qua late Oui.in heroidibus.

¶ACR. Nec loquax.laus repertoris ab opere.q.d.neq; loquacem lyram neq; gratam fuiſſe anteq̄ mercurii doctrina aptaretur ad cantum nam & ſacrificiis fidicines adhiberi conſueuerant.¶ Obſtinatas:clauſas.¶ Exultim.ſaltim.¶ Proteruo.importuno nimio.¶ Applicet.a.uelut oblectata iungat & applicet ad audiendum:unde eſt dictum.adeo in teneris aſſueſcere multum eſt.¶ Equa.t.iam difficilis ad domādū.¶ Cruda.m.intacta:imatura ſiue itēpeſtiua.Sed aio cruda.i.crudelis ac p hoc aſpa atq; horrēs maritū ducere oblectatiōe cāt⁹ quocūq; ieris te ſequētis:ut Vir.Mulcētē.t.&.a.c.q.¶ Ceſſit.i.t.b.c.hipallage cū ipſe magis blāditus ſit cerberus.¶ Spūs.t.aut poſuit p ueneno aut p ſanie cadauerū qbus ueſci cōſueuerat.¶ Cētū:finitū p infinito.¶ Muniat angues caput eius:ut ait Ennius:angue uilloſi canis.¶ Ore trilingui.ut latratu regna triſauci perſonat.¶ Quin & iſion ut Atq; Iſiōs.uento rota cōſtitit orbis.¶ Vultu.t.i.extorquēte cythara dulcedine ſui q̄ tormentorum pœna non ſinebat.¶ Dum.g.d.p.danai nota fabula:qui fratris ægiſti inuidia q̄ oēs ille filios hic haberet filias:pactis nuptiis filiabus ꝓcepit ut ſterimerēt acceptos ſponſos:quod ab oibus factū eſt p̄terq̄ ab hipmeſtra:q̄ linū fuga data ſeruauit:ob hoc ſcelus apud inferos hac dicunt̄ pœna dānatæ ut aquā in ptuſum doliū iugiter mitterēt.¶ Puellas:filias dixit.¶ Seraq;.f.ut Diſtulit i ſerā cōmiſſa piacula mortē.¶ Perdere.f.occidere.¶ Vna:hipermeſtra.¶ Audiat lide.i.audiat qua pœna damnatæ ſunt quæ amantibus crudeles fuerunt.¶ Manēt.expectāt.¶ Etiam ſub orco:non ſolum damnantur in aquæ penuria:ſed etiā infernali cruciantur igni.¶ Duro.p.f.nō ad naturam ferri relatum eſt epitheton:ſed ad earum animum quæ dura ac crudeli mente hoc auſæ ſunt:ut Duris genuit te cautibus horrens caucaſus.

¶POR. Et amica tēplis:fidicines hodieq; romæ i ſacrificiis adhiberi uidemus.¶ Et adhuc pteruo crudā marito.Nō in tēpeſtiua:ſed aio cruda.i.crudelis.ac p hoc aſpa atq; horrēs maritū.¶ Tu.p.t.c.ſ.d.h ad teſtudinē dicūt̄ ſiue ad mercuriū.¶ Ceſſit imanis.t.b.i.a.recepti de orpheo fabulā tractat:q̄ refert ēt cerbeꝝ & cætera inferna cātu cythatæ lenita eē.¶ Atq; ſpūs te.ſ.m.o.t.ſaniē aūt cadauerū qbus ueſcit̄ itelligi uult:aut p uenenis poſuit:q̄ in illo eē pōt fingi.Cū ēt ſerpētibus hirſutus eē uideat̄.¶ Quin & iſion.t.u.r.i.inuito uultu.intelligas tātā fuiſſe grām cātus:ut in tormētis pene cōſtitutis extorſerit tñ riſus.¶ Danai.p.p eo qd ē danai filias.¶ Audiat.l.ſatq;.n.Mira opportunitate de exceſſu exceſſum repetit:& ē ſēſus:audiat lyda:q̄ pœna dānatæ ſint q̄ crudeles amatoribus fuerūt.¶ Et.i.l.d.f.p.imo ita aūt figurauit ut ecōtrario plenū uas:& inane il

lius rei dicit:ut Terētius:uini plenū.¶ Seraq;.ſ.q̄re ſera dixerit ip̄e ex ſubiectis oñdit.¶ Quæ.m.c.e.ſub orco ip̄iæ:nā qd potuere maius:bona paralipſis:p quā ip̄eſior affectio dicentis exprimit.¶ Duro pderent.non ad naturam ferri relatum eſſ epitheton duro:ſed ad animum eaꝝ quæ dira ac crudeli mente in eos uſæ ſunt.

¶ CHRI. Neq;.l.i.ſonora.¶ Neq;.g.ſua ſuauitate.¶ Oli:dū nōdū a Mercurio iſtituta eſſet.Nūc uero poſtq̄ mercurius te iſtituit grata es.¶ Menſis.cōuiuiis.¶ Tēplis:qa & ī ſacris adhibebāt muſicā:ut illud. Inflauit cū piguis ebur tyrrhēus ad aras.¶ Die mo.i.muſicā modulationē.¶ Quib9.ſ.modis & q̄uis ois gñis ſit erat tñ ī fœminino apd ātiquos qb9 ut duab9.¶ Obſtinatas.i.lydiæ obſtinatæ.¶ Trima:q̄ ī trienio ſit.¶ Dicimus.n.bimū trimū & q̄drimū.Sed ēt dicim9 hornū.i.huius ānim trimatu āt nōdū uenerē ſētiūt eque.¶ Exulti:exultādo & p ſaltationē.¶ Cruda:imatura.Cōtra Vir.iā matura uiro iā plenis nubilis annis.¶ Proteruo:procaci. Dixit āt & nuptias & maritū p acyrologiā.Nā iproprie dr hæc niſi ī humana ſpecie.¶ Tygres:q̄ feræ ſæuiſſimæ ſūt.¶ Comiteſq; ſil.ut patuit ī orpheo.¶ Ceſſit ima cerberus:nā fingūt orpheū cū iferos petiiſſet.ut eurydicē reduceret:oēs tortores oēſq; tortas umbras ſua lyra demulſiſſe & mitigaſſe.¶ Ianitor:iauæ cuſtos. Propter Ianitor ad dātes uigilet cerberū itelligit:ſic Vir. Te ſtygii tremuere lacus:te ianitor orci.Sed de cerbero & q̄re Vir. Inducat illū nolle Aeneā admittere:& q̄re cōtra fingat Heſio.uenietes qdē aias blāde illū excipe ſed egredi cupiētes phibet & q̄dā alia q̄ ad altiorē ſpeculationē ſpectāt:nos ī nr̄is dialogis chamaldulēſib9:ī qb9 uirgiliāæ allegoriæ cōtinēt p uirib9 exprimere cōati ſum9.¶ Cētū an.nūerus ē p numero.¶ Spūs te.ut ēt ſpiritu q pp ſaniē eaꝝ q̄s uorat aias:grauis fetidusq; ē nocere poſſit. Sanies:in corpe aiantis humor integer īcorruptuſq; quo corpus uegetaliturq; ſuccus dr̄. Ter. Corpus ſolidū & ſucci plenū. Siue āt morbo morteue corrūpit pus ſanieſq; uocat.¶ Ore tri.ex triplici ore:uñ tres linguæ ſint.¶ Qui & iſion:hui9 fabula exp̄ſſa ē. Sed ipſe apud inferos hac penæ cruciat.ut rotæ īter ſerpētes alligatus aſſiduæ & ſine reqe circūagat. Oui. Voluit iſion dū ſe ſequturq; fugitq;.¶ Tityos.ntūs græcus.¶ Inuito uultu:nā & ſi uultū cruciat9 cōtraheret:tñ uoluptas lyre ad riſū porrigebat.¶ Stetit ſicca:reſtitit paulū:& ppea ſiccata ē.i.dū breui mora deſinūt belides ab aq̄ hauriēda euacuata ē unda.¶ Vrna.ab hauriēdo dicta.Nā orino ātiquū uerbū id ſignificat.¶ Puellas filias ut pueros p filiis ponim9.¶ Audiat ly.audiat mulier q̄ mihi crudelis ē q̄ pena afficiāt illæ q̄ crudeles in ſuos amātes fuerē. Et pſecto mīꝝ poetæ fuit igēiū:q exēplū qd ad petitiōis ſuæ facilitatē pbādā adhibuerat ēt ad mitigādā lyde ferocitatē efficaciter traducat ppeaq; omiſſis aliis qb9 facultatē pbauerat ī hoc morat ad id qd iā dixi pficiēdū. At tū unā laudādo q̄ pia ī maritū fuit:tū cæteras uitupando lidē in ſe inclinare nitit.

Vna de multis face nuptiali
Digna periurum fuit in parentem
Splendide mendax.& in omne uirgo
Nobilis æuum.
Surge quæ dixit iuueni marito
Surge:ne longus tibi ſomnus unde
Non times detur.ſocerum & ſceleſtas
Falle ſorores.
Quæ uelut nactæ uitulos leænæ
Singulos eheu lacerant:ego illis
Mollior nec te feream:neq; intra
Clauſtra tenebo.
Me pater ſæuis oneret cathenis
Quod uiro clæmens miſero peperci.
Me uel extremos numidarum ī agros
Claſſe releget.
I pedes quo te rapiunt & auræ
Dum fauet nox:& uenus:ī ſecundo
Omine:& noſtri memorem ſepulchro
Sculpe querelam.

¶ ANT. Vna de multis.ordo ē una uirgo de multis digna face nuptiali fuit ſplēdide mēdax ī parentē piurū: & fuit nobilis in oē æuū.¶ Face nuptiali digna.i.mr̄imonio.¶ In pentē cōtra.danaū nō.n.mādata illius peregit ī occidēdo uiro ſuo ut aliæ fecerūt.¶ Splēdide men.i.decore honeſte & honorifice mēdax:nā pp id & decus & laudē meruit.¶ Surge q̄ dixit. hipmeſtra apud Oui. ī ino ſcribēs ait. Iāq; patrē famuloſq; patris lucēq; timebā:Expulerāt ſōnos hæc mea dicta tuos: Surge age belide de tot mō fratrib9 unus. Nox tibi ni pperes iſta perēnis erit. Territus exurgis:fugit ois iertia ſomni. Aſpicis ī timida fortia tela manu. Quærēti cām dū nox ſinit effuge dixi. Dū nox atra finit tu fugis ip̄a moror. Me pr̄ ſæuis. hæc uerba hypmeſtræ miſerētis oñdūt lydē quoq; miſereri dēre:Et auræ ad nauigationē id refert Sepulchro ſculpe q̄relā. Apud Oui. quoq; ait hipmeſtra lio. Et ſepeli lachrymis pfuſa fide lib9 oſſa Sculptaq; ſint titulo nr̄a ſepulchra breui. Exul hypmeſtra p̄ciū pietatis iniquū. Quā mortē frī depulit ip̄a tulit.

¶ ACR. Face nuptiali digna poſitū ē.n.hoc p affectiōis iſigni tāq̄ maius p̄miū fœminis nō ſit:cū facibus.n.nuptiæ fiebāt ueſperi apud antiquos. Et in oē uirgo nobilis æuū Virgie p muliere poſuit.¶ Ne lō.tibi lom.i.mors:ut & cōſanguine9 lœti ſopor.¶ Mollior:melior affectioſior.¶ Quæ ue.n.ordo eſt.q̄ uelut nactæ leænæ uitulos heu heu lacerāt ſingulos & ē pulcherrima cōparatio. Me uel extremos.n.i.a.ī deſerta numidæ:q̄ feris plena ſūt:aut p crudelitate numidas memorauit ut Numidæ īfræni.¶ Claſſe rele.remoueat:ut Vir. Atq; ideo tauros pcul atq; in ſola relegāt Paſcua.¶ Dū fauet nox.ut defenſi a tenebris.& dono noctis opacæ.¶ Sculpe q̄relam.i. per epitaphion in cōmemoratione ſcribe quod geſtum eſt.

¶ POR. Vna de.m.f.n.d.hypmeſtrā dicit q̄ ſinō maritū ſeruauit & uiri pn̄ti affectiōe illatū. Face nuptiali digna:tāq̄ mai9 p̄miū ñ ſit fœminis.¶ Et.i oē.u.n.æ.pp pietatē.ſ.q̄ marito pſtitit.¶ Quæ.u.n.filios leænæ:me pr̄ ſæuis oneret cathēis. Extriſec9 audiēdū:ſi putat.uel qd tale me putet ut ſi putat ſæuis cathēis oneret p hoc ſcō. Et.n.m.ſ.ſ.q.i.mōumēto meo iſcribe mortis meæ caſū

¶ CHRI. Lōg9.q.d.æternus.i.mors.¶ Nō times.auget ſcel9 illaꝝ q̄ ī eos ſæuierit:q oē ab illis auxiliū ſpectaſſet.¶ Me pr̄ ñ ſolū illi remiſſura ſuppliciū ē:ueꝝ ēt ī ſe ſi oporteat ſuſceptura:ut uir euadat Maximus ergo amor quo maritū nō mō parētis p̄ceptis:ſed ſuæ ēt uitæ añpōat. Me pr̄.nō ab re ē explicata nar- (uel cām.

ratio:nã q̃to magis ĩmorat̃ ĩ pietate Hypmeſtræ:tãto uehemẽtius mollire lydem ualet.¶ Quod ul.ſapiẽter
ita uitat crudelitatẽ in maritũ ut ne tñ ĩ parẽtẽ impia dici poſſit:nã demõſtrat ſi ſuppliciũ ſubitura ſit iniuſte
ſubiturã:& pœnã p eo daturã: p quo p̃miũ mereat. Plectet̃.n.q̃ pepcerit uiro:q iure naturali cæteris ſit p̃ferẽ
dus. Pepcerit miſero:q ẽt externos mouere poſſit.¶ Oneret.c.qd̃ ſuppliciũ uel morte grauiꝰ ſit. Morte.n.oẽs
labores finimus. Carcere ãt miſeria ĩ lõgũ extẽdit̃. Nec temere dixit oneret:ut nõ ſolũ uinculis cõſtringat̃ cor
pus colligatũ:ſed põdere quoq; deprimat̃.¶ Vel ex.ſingula uerba põdus hñt:prio.n.dixit releget.ĩ quo exclu
dit̃ reditus.¶ In extremos.uñ audire qdẽ q̃ apud meos gerant̃ poſſim.¶ Numidaꝝ:ergo apud efferatos & ĩ
maniſſimos barbaros. Quod ẽt Dido cõquerit̃. Hinc nomadæ infrẽi cingũt.¶ Claſſe.ergo difficiliꝰ ſit redit̃.
¶ Pedes.oñdit ita ꝑperato opus eẽ: ut nõ det̃ ſpaciũ prius cõſultãdi quo potiſſimũ:ſit fugiendũ ergo ĩ quo
rapiũt.i.rapti ferũt.¶ Pedes.ad terreſtre iter ĩferas.¶ Vel auræ:ad nauigationẽ.¶ Dũ.ſ.nox:nã q̃ primũ illu
xerit:adẽpta erit ois euadẽdi facultas. Et uenus amor meus in te.¶ Querelã me.i.q̃ oẽs q legẽt in memoriã
nr̃i ueniãt. Idẽ pene dep̃hendes apud Naſonẽ in huius puellæ ep̃la. Defunctaq; uita Corpora furtiuis inſup
adde rogis. Et ſepeli lachrymis pfuſa fideliter oſſa. Sculptaq; ſint titulo nr̃a ſepulchra breui. Exul hipmeſtra
p̃ciũ pietatis iniquũ. Quã mortẽ facti depulit ipſa tulit.

¶ Ode.xii.monocolos ad neobolẽ amãdũ eẽ.

Miſerarum eſt: neq; amori dare ludũ:
Neq; dulci mala uino lauere: aut ex
Aiari metuẽtis patruæ uerbera lĩguæ
Tibi qualum cytheræ puer ales.
Tibi telas operoſæq; mineruæ
Studiũ aufert neobole liparei nitor hebri.
Simul unctos tyberinis humeros
Lauit undis eques ipſo melior
Bellerophõte nec pugno neq; ſegni pede ui- (ctꝰ
Catus idem per apertum fugientis
Agitato grege ceruos iaculari:&
Celer arcto latitãtẽ fruticeto excipere aprũ.

Argumentum. Odes. XII.

¶ ANT. Miſeraꝝ eẽ inqt poeta:nõ uacare iucũdo
amori aut epulis. Timere ẽt patruoꝝ minas & cõtu
melias pp quod ĩgratã uitã eẽ oñdit ſine gaudio &
amore. Dicit inde neobolẽ hebrũ lypareũ ardere:q
eques optimus q̃q; nulli uictus aut pugno:aut cur-
ſu:aut iaculis eſſet.itaq; operã oẽm & ſtudiũ omitte
bat:ergo nõ miſera neobole erat:ſed fœlix potiꝰ cũ
lætiori uitæ uacaret.¶ Miſeraꝝ eſt.metrũ eſt cõſtãs
Ionicus maior — ionico minore. Duo primi uerſus trimetri ſunt. Ter
tius uero tetramiter. Ionicꝰ maior ut diomedes ait
Ionicus minor — cõſtat ex ſpõdeo & pyrrichio.ut demetrius ionicꝰ
uero minor ex pyrrichio & ſpõdeo:ut diomedes id
ſotadicũ metrum — ãt metrũ Sotadicũ dr̃:qa ſotades eo plurimũ uſus
ẽ. Strabo p̃terea.li.xiiii.ſcribit ſotadẽ fuiſſe auctorẽ
cynedicæ ofonis. Ludũ.gaudiũ.lætitiã.oblectamẽtũ
¶ Lauere:extricare.pellere. Maro ẽt dixit. Et plẽo ſe
pluit auro. Lauere ãt ẽ a lauo lauis uerbo tertiæ cõ-
iugatiõis ſicuti dicimꝰ ſono ſonas & ſono ſonis. Hic
ait ille. Littora lata ſonũt:ut Priſcia.ſcri.¶ Aut exanimari:ordo eſt:aut miſerarũ eſt metuẽtes uerbera linguæ
patruæ exanimari.i.terreri & ſtupeſcere.¶ Verbera.minas & cõtumelias:nã ut ſcribit nonius. Verberare non
Verberare — ſolũ a uerberibus dictũ ſed a uerbis.¶ Patruæ lĩguæ. acrius.n.patrui q̃ parentes caſtigãt.¶ Qualũ.calathũ
ſeu caniſtrũ itelligit ubi lanæ linũ & lanificii opa cõtinet̃.¶ Cytheræ.i.ueneris.¶ Puer ales.cupido & amor ipſe
aliger.¶ Tibi q̃lũ.ordo ẽ.tibi o neobole aufert q̃lũ Cytheræ puer ales tibi aufert telas & ſtudiũ opoſæ miner
opoſus — uæ nitor hebri liparei ſimul eques melior ipſo bellorophonte neq; uictus pugno neq; ſegni pede unctos hũe
ros lauit ũdis tyberinis.¶ Opoſæ:mſtaꝝ opaꝝ opoſus ẽt dr̃ magnæ opæ:& magni laboris. Itẽ actiue & paſſi
ue accipit̃:hic dr̃ a Cicerõe ſenectus opoſa.i.q̃ agit & rebꝰ agẽdis opam dat. Et Oui. Moles opoſa laboret.ſ.
q ab aliquo opata ẽ.¶ Mineruæ.pallas ueſtiũ apparatũ inuenit: olei quoq; uſũ docuit ædificãdi artẽ pluribuſq;
aliis in rebus hoibꝰ pfuit:nã & tibiã eiuſq; cãtu & plurima inſtrumẽta ad uaria opificia iuẽit ex qbus oparia
palladis inuenta — dicta eſt auctor Dio.lib.vi.¶ Neobole:id nomẽ dici põt noua gleba νεοσ.n.nouus dr̃ & iuuenis.βωλοσ gleba.
¶ Lyparei hebri:a lipara ĩſula una ex eoliis dcã ab liparo auſonii regis filio q illic urbẽ ædificauit.ubi poſtea
Aeolus ſpõſauit ſũpta lipari filia p cõiuge auctor Dio.li.vi.¶ Vnctos hũeros:ungebãt ſe paleſtritæ. Supiꝰ ãt di
Tibia — ctũ ẽ Tyrões in cãpo martio ſolitos exerceri ide in tyberi natare ungebant̃ quoq; natãtes uitãdi frigoris grã.
neobole — ¶ Humeros.pes ẽ anapeſtus p ionico mior̃. Melior anapæſtus ẽt ut ſupra potiuſq̃ tribrachus.ultia.n.ſyllaba
cuiuſq; uerſus cõis ẽ.¶ Bellorophõte.q pægaſũ alatũ equũ aſcẽdit.nã ppe corynthũ achaiæ urbẽ mõs ẽ excel
Lypara — ſus acrocorynthus noie:uertex eius ueneri ſacrã hẽbat ædiculã.infra uerticẽ pirene fons erat haud affluẽtes
bellorophõte — aq̃s hñs:cæterũ pſpicuas ad imũ potuiq; ſuauiſſimas. Fama eſt equũ pægaſũ quũ potaret hoc in loco a Bel
lorophõte dep̃hẽſum fuiſſe:alatũ qdẽ caballũ e meduſæ ceruice pſiliẽtẽ.qd Stra.docet li.viii. Hyginꝰ uero
Pægaſus — ſcribit poſt chymeræ expeditionẽ quũ bellorophontes ad cælũ cõtẽderet euolare;neq; longe iã abeſſet deſpi
ciẽs ad terrã timore pmotus decidit. Equus ãt ſubuolauit:inq; ſidera ab ioue cõſtitutus exiſtimatur. De hoc
pirene — ẽt ait Oui.in ibim. Quiq; ab equo p̃ceps alienis icidit aruis Exitio facies cui ſua pene fuit. Stra.ſcribit lib.xii.
Solimi — Bellorophõtẽ Solymos domuiſſe:q poſtea lycii dicti ſũt:nã licõ pãdiõis filius a ſe licios noiauit. Piſandrũ ẽt
Licii — Bellorophõtis filiũ pugnantẽ cũ ſolimis mars interemit. Pliniuſq; li.vii.ſcrib.equo uehi ĩ bellorophõtẽ inue
Frutex — niſſe.¶ Segni pede:pp ſegnẽ.i.pigrũ pedẽ.¶ Catus.prudẽs doctus ſagax.¶ Fruticeto:eſt frutex q ad iuſtã ma
gnitudinẽ arboris nõ aſſurgit:& ſtatura ſimilis ẽ multis herbis ſed nõ demorit̃:neq; areſcit.ut herba.¶ Fru
tices quoq; dicunt̃ arboꝝ plantulæ:inde fruticari quaſi fruticem renaſci ex arbore.

¶ ACR. Miſerarũ ẽ neq; amori dare ludũ. Metrũ hoc Sotadicũ dr̃:ut nũerus ſit potiꝰ q̃ metrũ cõſtat ãt io
nico miore & duobꝰ primis uerſibꝰ trimetris.ita miſerarũ ẽ:neq; amori dare ludũ.neq; dulci mala uino laue
re aut ex. Tertius uero tetrameter ſcãdit̃ ita. Aiari metuẽtes patruæ uerbera lĩguæ: Ad neobolẽ amicã ſcribit

amãtẽ hebrũ adoleſcẽtẽ & deteſtaẽ iſuauẽ eẽ uitã ſine hilaritate & amore: ordo ẽ: nobile miſerarũ ẽ: neq; dare lodũ amori: neq; lauere mala dulci uino: aut exaniari metuẽtes uerbera patruæ linguæ. ¶ Lauere. ꝓ lauare ſic.n. ueteres declinabãt lauit ꝓ lauat: ut Vir. Lauit iproba teter ora cruor. Qui uerſus nõ ſtat ſi ꝑteritũ intelligas. ¶ Exaniari. m. ſenſus ẽ aut cruciari caſtigatiõe uerboꝝ. Patruæ ãt liguæ ꝓ ſeueritate dixit patrui.n. adoleſcẽtibus corripiẽdis auſteriores eẽ ſolẽt: q̃ patres: qbus natura ipſa indulgentiã plerũq; extorqt. Cic. idẽ ꝓ ſeueritate cẽſuræ Patruus qdem magiſter hoc diceret. ¶ Tibi qualũ calathum: metonymicos ꝓ lanificio dixit tanq̃ amore & pulchritudine amatoris capta cõtẽneret penſa mulierum. ¶ Liparei. a lipare inſula: ut ſi diceret liparenſis. ¶ Liparitanæ.n. iſuleeũ ciuẽ demõſtrat. ¶ Bellorophõte: q̃ pegaſo equo uectus chimerã interemerat. ¶ Pugno: athletico & agonico & certamie. ¶ Per aptũ: latũ: ut alia de pte patẽtis trãſmittũt curſu cãpos: ordo ẽ. Ales poer & cytereæ & nitor liparei hebri ſimul: ut lauit unctos humeros in tyberinis undis eques melior ipſo bellorophõte: neq; uictus pugno neq; ſegni pede idẽ catus iaculari ceruos fugiẽtes ꝑ aptum agitato grege & celer excipere aprum latitantem alto fruticero: aufert tibi qualum & aufert ſtudium operoſæ mineruæ.

¶ POR. Miſeraꝝ: ẽ neq; amori daẽ ludũ. Hac ode teſtaẽ iſuauẽ eẽ uitã ſiñ hilaritare & amoẽ: ac deide: puellã q̃dã captã ſpẽ adoleſcẽtis deſcribit. ¶ Neq; d.m.l. antiq̃ declinatiõe dixit lauere: non lauare. Nã tertiæ cõiugatiõis hoc uerbũ apod ueteres erat. Sic.n. declinabãt lauo laois lauit. Non lauo lauas lauat. ¶ Aut exa.m.p. ſẽſus ẽ: caſtigatiõe cruciari uerboꝝ. Patruæ ai liguæ ꝓ ſeuere poſitũ. Videẽ.n. patrui adoleſcẽtibꝰ corripiẽdis auſteriores eẽ q̃ pres: qbus natura ipa idulgẽtiã plerũq; extorqt. ¶ Tibi q̃lũ: methonimicos ꝓ lanificio dixit. ſed mulieres ꝑ dimiutionẽ uaſculũ hoc uſurpãt q̃ſillũ dicẽtes: hoc ãt i quo pẽſã uel tramã reuoluũt. Liparei n.h. hinc trãſit ad laudẽ hebri noĩe adoleſcẽtis: quẽ a neobole amari indicat. Liparei ãt a lipare inſula: ut diceret liparẽſis. ¶ Simul.u.t.h.l.u.ei.m.b. diximus: & ſopra adoleſcẽtes poſt exercitiũ cãpeſtre in tiberi nare ſolitos fuiſſe. ¶ Catus idẽ p.a.u.f.agi.gre.ce.ia. catus a catos ac per hoc doctus ſignificatur. Ordo eſt: aũt Catus idem fugiẽtis ceruos iaculari per apertum agitato grege: per apertum autem abſolote. i. per campum.

¶ CHRI. Miſeraꝝ ẽ neq; amori dare ludũ. Rẽ inſuauẽ eẽ oñdit: ſiqs ita pdite amet ut ſemp ãxius uiuat. Nã tunc oportet illũ miſeꝝ eẽ. Alii dicũt ſniam eſſe: q̃ uehemẽtiſſime amãt: nõ dãt ludũ amori. i. nõ deludunt amorẽ: & tũc expõemus miſeraꝝ. i. eaꝝ quæ miſere. i. uehemẽter amãt. Nã & pdite: & miſere amare eſt uehemẽter amare. Alii ꝓceptũ poetæ eẽ uolũt: ut ſit amãdũ: ſed ita amãdũ: ut nõ ipediaẽ amore: qn cũ uelint aliquã iocũditatẽ ludũ ue pcipiãt. Nã iſtud eẽt miſere amare. Vel potiꝰ dicãus ſũt ꝑfecto miſere mulieres q̃ neque in amore ludũ. i. iocũditatẽ inueniũt. i. q̃ nõ capiũt uoluptatẽ i amore: neq; uino hilarantur ita: ut a ſe pellãt curas atq; ſollicitudies & rurſus ſũt ẽt miſeræ illæ q̃ metuẽtes uerbera patruæ linguæ. i. q̃ metuẽtes iſamiam & cẽſurã exaianẽ. i. magno metu afficiunẽ: ut iã & ad uoloptatẽ ex re uenerea & ex uino pcipiẽdã: & ad grauiores de ſe cẽſuras cõtẽnẽdas Neobolẽ hortari uideaẽ. ¶ Mala. curas & ſollicitudies. ¶ Lauere reſpexit ad naturã liquoris. Nã ut uinũ pt lauare maculas e corpe: ſic dr lauere mala: qa remouet illa ab aio. Et ẽ laoeẽ nõ a lauo as: ſed a lauo is. Sic Vir. Lauit iproba teter ora cruor. Et Plautꝰ i pſeud. ¶ Geſtas tabellas eas lachrymis lauis plura.n. uerba i diuerſis cõiugatiõibus antiq poſueẽ: ut nexo as. uel nexis. Sono as. uel ſonis. Luc. Caligare oculos. Sonere aures. ¶ Exaniari: metri neceſſitate diuiſit hãc dictionẽ. ergo uæhemẽter cruciari. ¶ Verbera acerbiores rephẽſiões: q̃ ut ferꝑ corpꝰita ille aiuꝫ uerberãt. ¶ Patruæ: acerriæ ac ſeueriſſimæ. Nã patrui uehemẽtiꝰ corrigũt q̃ pẽtes: qa nec amor illis i nepotes deeſt: & nimia illa pẽtum indulgẽtia abeſt. Quapp i priſca rõanoꝝ ſeueritate erat ut fr̃ibus allẽdos ſuos filios darẽt pẽtes. Hic pſius. Dũ ſapimꝰ patruos. Et Cic. ꝓ celio. Diceret aliqs cẽſor patruꝰ. q.d. cẽſor ſeuerꝰ. ¶ Qualũ ꝓ uaſe & ciſtula uimiea poſuit: i q̃ mulieres ponebãt pẽſa lanæ: aut alia i qbus laborabãt. Cæteꝝ q̃los dixerũt a colãdo ꝑ quos guttati uinũ effũdereẽ: reliq̃ uero materia exire ꝓhibereẽ. Illos a colãdo: ut ẽt cola dici credit Seruius Vir. Tu ſpiſſo uimie q̃los Colaq; priloꝝ formoſis deripe tectis. ¶ Ales puer: cupido q alatus ẽ: & filius Veneris: quæ a cytharis iſula cytherea dicta eſt. ¶ Hebri adoleſcẽtis nomẽ ẽ: & nõ flumĩs i hoc loco. ¶ Liparei: ꝓ liparẽſis ab iſula una ex uulcaniis. ¶ Vnctos: ne aq frigiditatẽ nãtes ſẽtirẽt: oilei caliditate tẽperabãt. ¶ Melior. Doctior. Vir. Bonũ ꝓ docto. Cur ñ mopſe bõi qm cõuẽimꝰ ambo Tu calãos iflare leues ergo dicere uerſus. Bellorophõte: quẽ oportuit eẽ optimũ eqrẽ: cũ potuerit uti pægaſo equo alato. ¶ Neq; pugno i arte pugili. Sic ſupra. Hũc eqs illũ ſupaẽ pugnis. ¶ Pede: curſu pedeſtri. ¶ Neq; uictꝰ ſegni pede. i. neq; uictꝰ pede: q qdẽ o ictus eẽt: ſi pedẽ ſegnẽ hr̃et. ¶ Catus ingenioſus. Nã καίω uro ſignificat: & ii q hñt ſanguinẽ calidiorẽ prudẽtiores ſũt. uñ dictũ ſũt catones. ¶ Iaculari: iaculis configere: & laudat in uenatione artẽ ſagittandi. Excipe laudat a fortitudine. ¶ Fruticeto: frutices ſũt miores arboribꝰ & maiores herbis: ut ſũt rubi & ſẽtes & ſimilia: q̃ ſiluas iplicatas & i uias reddũt: & ut a q̃rcubꝰ fit q̃rcetũ: ſic a fruticibꝰ fruticetũ. Excipeãt ꝓprie ẽ: cũ ueluti iſidiis collocati expectãus: ut uẽiẽs ſcatꝰ i nos ſcidat. ut parati iparatũ facile opprimãus.

¶ Ode. xiii. tricolos ſeu tetracolos tetraſtrophos Blandufiæ fontem laudat.

O Fons blanduſiæ ſplẽdidior uitro
Dulci digne mero: nõ ſine floribus
Cras donaberis hædo:
Cui frons turgida cornibus
Primis & uenerem & prælia deſtinat
Fruſtra: nam & gelidos inficiet tibi

Argumentum. ODES. XIII.

¶ ANT. Promittit hic ſacrificiũ fonti blãdoſiæ apd agellũ ſuũ i ſabis: ubi pſpicuitas ad mõ frigusq; amabile & amœnũ erat quẽ fontẽ laudãdo iter nobiles fõtis ãnumerari cõtẽdit. ¶ O fons blã. ode ẽ ſimilis gnitæ li. i. ¶ Blãduſiæ: erat blãduſia regiũcula apd ſabios ubi poetæ agellꝰ. ¶ Deſtiat cõſtituit decernit. ¶ Fruſtra mactabiẽ.n. tibi. ¶ Soboles: appoſitio ẽ. ¶ Laſciui .g. hic appellãẽ hædi petulci. ¶ Hora caniculæ: hyginꝰ ita ſcribit. Canẽ ãt ſua appellatione & ſpẽ caniculã dixerũt q̃ ab græcis: q ante maiorẽ canẽ exoriẽ: pciõ ap

Blanduſia

cãicula

prociõ

Rubro ſanguine uiros
Laſciui ſoboles gregis.
Te flagrantis atrox hora caniculæ
Neſcit tangere:tu frigus amabile
Feſſis uomere tauris
Præbes:& pecori uago.
Fies nobilium tu quoq; fontium
Me dicente cauis impoſitā ilicē
Saxis:unde loquaces
Lymphæ deſiliunt tuæ.

pellaſ. Ita ēt Pli.ſcri.li.xviii. Col.aūt docet li.xii.q.vii.kal.augu.cāicula apparet:quo tēpe caligo ſit æſtuoſa. Diximus & laſius epodo tertia. ¶ Neſcit tangere:id autē pp umbras arborum erat:& licē ſibi iminentem:ut infra oſtendit. ¶ Me dicente:laudāte & canente. ¶ Loquaces:murmurante inſonantes:

¶ ACR. Fons Blanduſiæ ſplēdidior uitro. Hac ode Blāduſiæ fonti ſacrificium promittit blanduſia.n.ſabinenſis agri regio eſt in qua Horatii ager fuit. Laudat ergo fontē dicēdo eum pſpicuum uitri comparatione:ut uitrea fucinus unda. ¶ Cras donaberis hædo:hædi imolationē pmittit. Amphibolon ē tamen utrū dicat donaberis hædo floribus coronato. ¶ Et uenerē & ꝑlia.d. Maturi.n. & appetere uenerem & ppea pugnare conſueuerunt. ¶ Fruſtra:iō fruſtra: qa īficiet gelidos riuos. ¶ Laſciui: luxurioſi petulantis. ¶ Te.f.a.opacitatē nemoroſi & abſtruſi fontis oſtēdit:per quam dicit canicularium æſtuum calores arceri. ¶ Tu frigus amabile:amœnum. ¶ Vi frigus captabis opacum:& non ipſi amabile ſed feſſis. ¶ Fies nobilium: meo carmine ꝑdicatus inter nobiles fontes prædicaberis. ¶ Vnde loquaces:ut p læuia murmur ſaxa ciet.i.ſonātes.

¶ POR. Fons Blanduſiæ. Sacrificiū hac ode fonti Blāduſiæ repromittit ſimulq; laudes eius dicit. ¶ Nō ſine.ſ.c.d.h.amphibolon. Incertū eſt.n.utrū dicat hædo donaberis & floribus an uero donaberis hædo q erit cū floribus.i.coronatus. Et uenerem & ꝑlia deſtinat fruſtra:fruſtra.ſ.qa ſmolabiſ. ¶ Te flagrantis atrox hora caniculæ neſcit tangere. ¶ Opacitatem laudat:p quā dicit calorē caniculariū dierū ad eū non deſcendere. ¶ Frigus.a.eleganter pro umbra refrigeranti calorē æſtiui tpis dixit. ¶ Fies no.t.quoq; fontiū:tu quoq; inter nobiles fontes nominaberis carmine prædicatus. ¶ Me dicente.ca.im.i.ſ.u.l.l.d.t. ſignificatur in ſaxo natam ilicē arborem:ſub cuius radice erumpit aqua fontis huius. ¶ Loquaces.aūt dixit:q cū ſaxo cadunt pſtrepāt.

¶ CHRI. O fons Blan. Res feſtiua & ſtilus comicus. Pollicet̄ fonti in ſuo agro cōſtituto ſacrificiū & celebritatē nois. ¶ O fons blan.i.fons Blanduſinus. Sic alibi:ē urbs butroti. Erat āt i ſuo agro ſabino. ¶ Fōs.uel qa aq̄s foueat:uel qa ibi aq; feruēat.i.ſcaturiāt. ¶ Dulci.d.m. Nā ſuauitas tuaꝝ aq̄rū digna ē ut ille dulci uio admiſceanſ. ¶ Donaberis hæ.nō.ſ.f.i.hædo floreis ſertis ornato. ¶ Frōs.i.c. In qua iā turgeſcāt cornua. ¶ Deſtinat:decernit. Vir. Et me deſtinat aræ. Sed nō frōs deſtinat ſibi ꝑlia & uenerē: ſed ipſe ſibi deſtinat:cū puenerit ad eā ætatē i q̄ frōs turgeſcat. ¶ Fruſtra:nā morte ꝑuenieſ:& ſic īficiet.i.maculabit riuos ſanguie riuus ē aq̄ ex fonte fluēs ab eo qđ ē ꝗꝗ i.flueſ. Neq; riuos niſi de puis dicimus. ¶ Hic.d.a.d.cū maiorē cōgeriē i plures riuos deducimus. ¶ Tibi.ad tuū honorē. ¶ Laſciui.g.laſciuū.n.aīal capra ē. ¶ Hora ca.dies cāiculares q ıgētes calores īferūt. Perſius. En qđ agit ſiccas īſana canicula meſſes iādudū coqt. Nullo ergo tpe caleſcit. ¶ Frigus.a.id frigus qđ delectet:nō aūt noceat. ¶ Me dicēte.i.laudāte:ut pria dictæ mihi ſūma dicēdæ camœna. ¶ Fies fons:no.i.efficieris unus ex nobilibus fontibus:cū ego laudabo. Ilicē ipoſitā cauis ſaxis.q.d.laudabo te exeuntem ex antro:cui iminet ilex quæ umbrā amœnā ꝑbeat. ¶ Loquaces:murmur ſonātes. Sed iproprie dixit: cum loqui ſolius hois ſit. Sed uoluiſ notare ſuauitatem ſoni.

Argumentum. ODES. XIIII.

¶ ANT. Hortatur ad ſacrificiū & lætitiā romanos oēs ob auguſti uictoriam quā uictis cantabris ex hiſpania referebat. ¶ Herculis ritu:ordo ē. Modo o plæbs Cæſar uictor ab ora hiſpana repetit penates herculis ritu dictus petiiſſe laurum morte uenalem. Herculis ritu more herculis q ſemp uictor redibat: qui etiā laudis gratia mortē nō abhorrebat. uñ ſpto oi terrore atq; periculo cūcta ardua ſubibat;nō cōtētus ſui exercitus uiribus niſi & ipſe pugnaret. Sic & auguſtus ægit quū deuicit cātabros hiſpaniæ populos. Hercules āt ut Diodorus ſcri.libro.v. cum

Hercules

exercitu in iberiā tranſiēs chryſauri filios tribus magnis exercitibꝫ fidētes ſingulari ꝑuocatiōe ſuſtulit. Capta iberia bouū greges ſecum abduxit ad tyberi uſq;:ubi nūc roma ē. Abiit inde i cumeū cāpū demū cornu bouis inixus mare ſiculū traiecit cū bobus aliis &c. ¶ Laurū.i.laureā & triūphū. ¶ Hiſpana ora. Auguſtus Cæſar Antonio deuicto cantabricū bellū geſſit. Domuit aūt pti ductu pti auſpiciis ſuis cātabriā. Auctor ē Trāquillus. Stra.l.iii.ſic ait. Cætera bella oīa hac tēpeſtate deſiere ut dixi nā cātabros

Cantabri

& uicinas illis gētes:q̄ adhuc latrocinia retinēt: Cæſar auguſtus opꝑſſit. Et q roanoꝝ ſocioꝝ ꝑdones erant: nunc p romāis rei militari ſeruiūt:cōiaci uidelicet: & q iberi amnis fontes incolūt. De cātabris āt ēt plura uideto ſupius.

Auguſtus.

Liuia

¶ Vnico gaudēs: inuitat ad ſacra reddenda diis liuiā Auguſti uxorē ſoſpite uiro & uictore. Auguſtus āt liuiā Druſillā mrīmonio tyberii nerōis & qdē ꝑgnantē addu



¶ Ode.xiiii. dicolos tetraſtrophos ad romanos de auguſti uictoria.

HErculis ritu mō dictus o plæbs
Morte uenalem petiiſſe laurum
Cæſar hiſpana repetit penates
Victor ab ora.
Vnico gaudens mulier marito

Prodeat iuſtis operata ſacris:
Et ſoror clari ducis: & decoræ
Supplice uitta.
Virginum matres: iuuenumq; nup
Soſpitum uos o pueri: & puellæ
Iam uirum expertæ male ominatis
Parcite uerbis.
Hic dies uere mihi feſtus atras
Eximet curas ego nec tumultum
Nec mori per uim metuam tenente
Cæſare terras.
I pete unguentum puer & coronas
Et cadum marſi memorem duelli:
Spartacum ſi qua potuit uagantem
Fallere teſta.
Dic & argutæ properet neæræ
Myrrheum nodo cohibere crinem.
Si per inuiſum mora ianitorem
Fiet abito.
Lenit albeſcens animum capillus
Litium & rixæ cupidum proteruæ
Non ego hæc ferrē calidus iuuenta
Conſule planco.

xit dilexitq; & probauit unicæ ac perſeuerāter. Vnico. marito: Valerius li.ii.ſcri.q; q̄ uno cōtentæ mr̄imonio fuerāt corona pudicitiæ honorabant. Soror clari ducis: auguſti Octauiani ſoror Octauia intelligit: quæ uxor fuerat. M. Antonii. Nam Octauius Auguſti pr̄ morte obiit repētina ſupſtitibus liberis octauia maiore quā ex antonia: & octauia minore item auguſto quos ex accia tulerat. Accia aūt. M. Accio Balbo & Iulia ſorore. C. Cæſaris genita eſt: ut & Trāqllus inqt. Male om. i. uerbis turpibus & mali ominis: hinc fauere linguis dicebāt in ſacris. i. bona fari uel tacere ne mala omina dicerent. Nec mori p uim: erat. n. ubiq; pax auguſtu imperatore. I pete ung. puerū ſuū mōet: ut neceſſaria lætis epulis paret. Marſi du. cū ſamnites & libertatem & ciuitatis cōionē aſſeq uellent. repulſam paſſi deſciuerunt. Vnde marſicū exarſit bellū corfiniū pelignorū metropolim cōem uniuerſis italis ciuitatem demonſtrantes contra Po. Ro. receptaculū propugnaculumq; conſtituerūt: & imperatores creauere biēnio igit bellū protraxere: donec perfectū eſt: ut in ciuitatem cōiter uocarentur. Cuius rei gratia tantū belli conflatū fuerat incendium. Marſicū aūt ideo nominatū ē bellū: quoniā a marſis rebellādi ſuſcitatū fuerat initiū. Auctor ē Stra. lib. v. Euſe. uero docet q; bellū aduerſum romanos picentes marſi pelignīq; mouerunt olympiade clxxii. pauloante ſaluſtii criſpi hiſtorici natale. Lucius florus bellum ſociale id appellat. Apianus uero prius Sociale ponit & ſtati uix illo finito: ſic ait. Marſi ferāꝝ more ſe deceptos ægre ferētes iteꝝ cœpere arma. Denuoq; cū ipſis congredi conātur &c. Spartacū. u. q̄tuor & ſeptuaginta gladiatores capuæ ex ludo lentuli profugerunt. & congregata ſeruoꝝ & ergaſtulorum multitudine chryſſo & ſparthaco ducibus bello excitato: claudium pulchrū legatū: &. P. uarenū prætorē p̄lio uicerūt. ait Liuius lib. xcv. marius aūt p̄tor chryſſum fugitiuoꝝ ducem cum. xx. milibus hoium cecidit. Cn. Lentulus cōſul male aduerſus ſparthacum pugnauit. Ab eodem. L. Gel. & Qu. Arius p̄tor acie uicti ſunt. Item. C. Craſſus proconſul Cn. māllius p̄tor male aduerſus Spartacū pugnauerūt. Ait Liui. li. xcvi. M. Craſ. dei de cū ſparthaco pugnauit. cæſis cū ipſo ſparthaco milibus q̄draginta. Ait ēt li. xcvii. mēinit ēt florus. Sed latius Apianus li. i. de bel. ciuili. inter q̄ dicit Sparthacū thracē fuiſſe & gladiatorē: q aliqñ cū ro. meruerat: & i cuſtodia ac gladiatoriis ſpectaculis aſſeruabat̄ tantūq; ai aſſūpſit ut. lxx. uiris cōitatus p libertate potius illos certare pluaſerit q̄ in ſpectaculis picula ſubire: itaq; p uī repulſis his q cuſtodiæ p̄erant fuga abiit &c. Argutæ: canoræ. Myrrheū crinē. i. myrrha madidū. Lenit al. aſſerit canos ſenectutēq; ipam alos ſæuos lenire: hic ipe cum antea iracundus eſſet: iam mitior eſſe cogitur: & tolerare facilius ſi neærā ad eum pergere ianitor non permitteret. Calidus iu. i. ardens & feruens. Conſule. p. oſtendit ſe iuuenem fuiſſe tali conſule.

Octauius
octauia
auguſti
pater
accia
corfinium
marſicū bellum

Sociale
bellum
Spartacus

ACR. Herculis ri. m. di. o. p. Hæc ode i auguſti laudē ſcribit̄ uictoris ex hiſpāia reuertētis: ut oñdat eū nō p alius ſed p ſe adminiſtrare: nec ſub hac difficultate adipiſci uictoriā breui rpe: ut pficiſci ad bellū & reuerti uictorē. Ordo ē: o plebs cæſar dictus petiiſſe lauꝛ uænalem morte mō uictor ab hiſpana ora ritu herculis repetit penates. Morte uenalem: mortis. n. contemptu laus uictoris quærit̄ & triumphi: laureatæ. n. lr̄e de uictoria in templo mittebant̄: ut eſt & iuſtum qui uita bene credat emi quo tendis honorē: & uitamq; uolunt pro laude paciſci. Vnico gaudēs: lydiā dicit ſub caſtitatis laude uotū pro Cæſaris reditu ſoluturam. Et iuſtis opata: opatiōes ueteres ſacrificia dixerūt iuſtos uero diuos q̄uis generaliter dici poſſint: nunc tamē ſpāliter poſuit: tanq̄ q uictoriā uel reditū cæſaris merito eius & uirtuti p̄ſtiterint. Vir. opationes p ſacrificiis: ut Sacra refert cereri lætis opatus in aruis. Et ſoror clari ducis. octauiā auguſti ſororē cōmemorat. Suplice uitta: nō uitta ſed uittis ſolutis ſupplicātes: ut Soluite crinales uittas capite urgia mecū. Iuuenūq nup ſoſpitū: pdeāt nup ſoſpitū reuerſoꝝ auguſti uictoriā. Iā. u. exptæ. i. nuptæ. Male. o. pcite urbis: ſiue qa p feſtiuitate dieꝝ feriæ indicebant̄: & abſtinebat̄ a litibus iurgiiſq;: ſiue qa i ſacrificiis p̄cepto ſilentio bona omina hīe uidebant̄ ne in ciuitate loquentes mala omina facerēt uerbis. ideo nūc pcite malis uerbis ideſt malis omnibus. Tumultū: cōmotionē bellorum p uim impulſione hoſtium. Tenēte Cæſare: ut ferrea belligeri compeſcat limina iani. Et cadum marſi: uinum quod bello marſico diffuſum eſt: cadum autē lagenam. Vt uina bonus quæ deinde cadis. o. a. Spartacū ſi qua potuit: gladiator fuit ſpartacus: hic cum. lxxiiii. ſociis ſimilis cōditionis e ludo fugiens dux factus p. iiii. annos aduerſumq; romanos bellans plura uaſtauit: ideo nullam lagenam euadere potuiſſe cōmemorat: hunc poſtea Pompeius oppreſſit: ut Lucanus. Et ſimili cauſa caderet qua ſparthacus hoſtis. Neæræ: nomen puellæ cithariſtriæ ſiue cātatricis. Argutæ āt ſonoræ. Vt hic arguta ſacra pendebit fiſtula pinu. Myrrheum: pfuſum myrrha: aut iter flauū & nigrum: uel myrrhei coloris. Cohibere: autē pro feſtiuitatis lætitia feſtinare. Et in nodum colligere crinē præcepit. Si per inuiſum mora. i. ſi ianitor phibuerit illā ingredi ſupple parcham: quia caniciēs mitigat animos cupidos litium & proteruæ rixæ: cū iuuenis eſſem nō: ferrem hæc. Lenit albeſcens: canis: ætatis acceſſu corporis uis extinguitur & furor. Cupi-

dos:ſuperbos iuuenes uel rixæ pronos animos mitigant.¶ Calidus iuuenta. cupidus iuuentæ adoleſcentem
ſe fuiſſe commemorat:iraſciq; nimis ſolitum:ſi faſtidiretur ab aliquo.

¶ POR. Herculis ritu modo dictus. Hæc in auguſtũ ſcribunt uictorem ex hiſpania reuertentem: q͠ autẽ
herculi illum comparat ideo facit:ut oſtendat laborem eum non per alios:ſed per ſe adminiſtrare. Morte ue
nalem petiiſſe laurum:quã eſt morte paratus emere non enim in bello mori ſperauit: ut inde lauream petat.
¶ Prodeat iuſtis operata diuis: p pdeat & operetur diuis.i.ſacrificet:operationes enim ſacrificia dixerunt. Iu
ſtos diuos quãuis generaliter dicere poſſumus:nunc tamen ſpecialiter accipiendum.ſ.qui Cæſari uictoriam
& reditum merenti dederint.¶ Et ſoror clari ducis. Octauiam dicit auguſti ſororẽ. Iuuenũq; nuper ſoſpitũ.
Nuper auguſtũ ſoſpitẽ futurũ.¶ Male ominatis parcite uerbis: quid eſt male ominatis uerbis parcite? Vtrũ
quẽadmodũ dr̃:ut ciues feritati hodie litibus iurgiiſq; abſtiẽãt ſe? An ut ecõtrario ĩ ſacrificiis pcipiṫ bõa omi
na habere. Ita nunc parcite malis uerbis.i.malis ominibus?¶ Tenente cæſare terras.i.incolumi Cæſare. Et ca
dum marſi memorem duelli. Nam uinum natum erat temporibus belli marſici.¶ Spartacum ſi q̃ potuit ua
gantem fallere teſta. Spartacus dux fugitiuorum per italiam aliquando graſſatus multa uaſtauit.¶ Myrrhe
um nodo cohibere crinem colorem myrrheum in crinibus hodie quoq; dicũt: qui medius eſt inter flauum
& nigrum: quia properare uult illam in nodum tantum colligere crines præcepit.¶ Si per inuiſum mora ia
nitorem fiet abito. Præcipit puero:ut ſi tardius ad neærã ab oſtiario admittatur redeat. Deinde quare hoc p̃
ceperit oſtendit inferendo.¶ Lenit albeſcens animos capillus. Hæc cum admiratione quadam & dolore ani
mi dicuntur. Miratur.n.ſe tam ſegnem factum:ut in contumelias faſtidientis puellæ non iraſcatur:quod ipſm
iniuria ſenectutis fieri igemiſcit.¶ Lenit albeſcens aium capillus Litium & rixæ cupidum proteruæ. animi i̅
quit iuuenum qui litium & rixe in contemptu amoris cupidi ſunt ſenili ætate leniũtur.¶ Conſule plãco: ſigni
ficat ſe conſule planco adoleſcentem fuiſſe iraſciq; mirabiliter ſolitum ſi faſtidiretur.

¶ CHRI. Herculis ritu mõ:maxima cum gloria Romã ab hiſpania repetebat auguſtus deuictis cantabris
populis barbaris atq; bellicoſiſimis. Hunc ita laudat poeta:ut herculi illum cõparet. Nam ut ille extincto Ge
rione ingenti uictoria illuſtratus olim Pallanteũ:ubi nunc roma eſt uenit: ſic & Auguſtus deuictis cantabris
triumphaturus romã nunc redit. Sit ãt ordo.¶ O plebs.i.o Romane popule Cæſar uictor repetit penates.i.
domũ ab ora hiſpana:dictus.ſ cũ in prouinciam pfectus eſt petiiſſe laurum uenalem morte. Nã uictoria nõ
acqriṫ niſi contẽptu mortis herculis ritu:nõ.n.aut ambitionis:aut auaritiæ gratia illuc acceſſit:ſed ut populo
pacaret:quod pprium fuit herculis.¶ Laurum:triumphũ:i quo lauro coronabanṫ duces.¶ Venalem. q͠cq͠d
uendiṫ uenale appellaṫ.¶ Vnico g. Recte ergo ſtatim a principio ſermonẽ a populo cõuertit:quoniã ad oẽs p
tinet hæc uictoria.¶ Vnico ma. nã q̃ cupit unicũ hr̃e maritũ:gaudet illũ ſoſpitẽ reuertiſſe:gaudet ẽt reuertiſ
ſe Augu. caſta mulier. Nam ipſe legem iuliã tulerat de adulteriis coercẽdis. Alii intelligũt mulier.i. liuia dru
ſilla uxor Octauiãi:quã ipſe de Tyberio nerone grauidã abduxit:ac diuortio cũ Scribonia facto pp moꝝ per
uerſitatẽ ſibi uxorẽ fecit:uniceq; ſemper dilexit:q̃uis nullos ex ea ſuſcepit liberos.¶ Opata:ſacra faciẽs. Opa
ri.n.ſacrificare eſt. Vir. Lætis opatus in herbis.¶ Iuſtis nã bene de illis meritũ Octauianũ ſeruauerãt.¶ Soror,
octauia:q̃ Ant. uxor fuerat.¶ Suplice.ea q̃ in ſupplitiis.deoꝝ utebanṫ.¶ Vitta:dr̃ ãt uitta q͠ ci ies caputq; uiciat
¶ Vtrũ ex.i.nuptæ. Male noiatis.i.q̃ noiata malũ omẽ inferrẽt. Per antiſtitẽ.n.ſacroꝝ indicebaṫ ſilentiũ. Illud.
eſt.n.fauete linguis.¶ Vere feſtus quoniã afferet ſummã lætitiã:cũ ſimus a periculoſiſſimo bello liberati. Feſti
eni dies iſtituti ſunt:ut aĩus lætitia relaxeṫ.¶ Atras:noxias & quæ atrã bilẽ.i.melancoliã poſſint excitare. Ego
nec.t.tantũ repono in uirtute ac in iuſticia Cæſaris:ut dũ ipſe ipiũ regit nihil timeã.¶ Marſi duelli.i.ſocialis
belli:qd̃ maxie opa marſoꝝ populoꝝ excitatũ eſt:& dictũ belliũ ſociale:cuius cã fuit. M. Liui. druſus. q ut ſe
natus cãm ſuſceptã tuereṫ:italicos populos ſpe romanæ ciuitatis ſollicitauit:q cũ ille pmiſſa pſtare nõ poſſet
irati deſecerunt. Initiũ ſumptũ eſt a picẽtibus ueſtinis marſis & pelignis.¶ Spartacũ ua. Nã hic ſuo ſeruili exer
citu italiã populatus eſt:neq; pepcit cadis uinariis & ipſi uino niſi qd̃ ita abſconditum fuit: ut illud ipſe nõ in
uenerit. Spartacus iſte ex thracia ſeruus gladiator fuit capuæ in ludo Lẽtuli. Sed inde cũ Cryſo ſocio: & cum
ſeptuaginta quattuor eiuſdem conditionis hoibus fugiens exercitũ primo ex fugitiuis ad tria milia hoium
collegit:p oia loca populabũdus uagabaṫ:ac breui ad centũ milia ſeruoꝝ coegit. Primo aũt p̃lio male a clau
dio pulchro legato:& a. P. Valerio p̃tore pugnatũ eſt. Secundo prælio Cryſus cum.xx.mil. fugitiuoꝝ a. Q. u.
Arrio prætore cæſus eſt. Mox ſpartacus. C. Caſſium &. Cn. Malliũ prætores ſupauit. Poſtremo. M. Craſſo p̃
tori bellum traditum eſt. Qui primũ cum parte fugitiuoꝝ q̃ ex gallis germaniſq; cõſtabat pugnauit: atq; ex
ĩis.xxxv.mil.cecidit. Poſtremo ſparticũ ipm cũ.xl.mil.iterfecit.¶ Argutæ.ſonoræ Vir. Menalus argutũq; ne
mus:piuſq; loq̃ntes. Semp hẽt. Ergo argutæ qm̃ optie caneret.¶ Cohibere no.i.colligare & comere.¶ Myrrhe
um.i. unguẽtatũ.a myrrha aũt dixit myrrheum. Si aũt ſit murrheũ erit ex mutatiõe lr̃æ.y.in.u. ut mys mus
diciṫ. Impat ergo puero:ut aduocet neærã. Sed tamen ſi nõ q̃primũ a ianitore admittatur:quod eueniet ex ſu
perbia mulieris redeat illa iſalutata. Nec cũ illa rixeṫ. Hoc iccirco nunc ſe paſſurũ dicit:quoniam per ſenectu
tem referbuerit in eo bilis. Sed in iuuentute non paſſus fuiſſet illa nimis in caleſcente.¶ Albeſcens: ppter ca
nitiem.¶ Lenit:mitigat.¶ Animos. animi uæhementes impetus:& propterea cupidos cõtentionis.¶ Ferrem:
p̃tuliſſem.¶ Calidus iuuenta:in qua bilis uæhementer ſanguinem ad iram accendit.

Argumentum. ODES. XV.

¶ ANT. Chlorim pauperis ibici uxorem monet: ut finẽ re
bus uenereis impõat:cum iam funeri proxima ſit itaq; lanam
potius eam parare decebat: q̃ cytharam tãgere uel coronis in
ter conuiuas ornari. Vxor paupis ibici:ode eſt dicolos diſtro
phos: primus.n.uerſus glyconicus eſt:ſecundus uero aſclæ

¶ Ode.xv.dicolos diſtrop.ad chlorĩ.

VXor pauperis ibici:
Tãdẽ neq̃tiæ põe modũ tuæ:
Famoſiſq; laboribus.

Maturo propior deſine funeri
Inter ludere uirgines:
Et ſtellis nebulã ſpargere cãdidis.
Non ſi quid pholoen ſatis
Et te chlori decet. filia rectius
Expugnat iuuenum domos
Pulſo thyas uti concita tympano.
Illam cogit amor noti
Laſciuæ ſimilem ludere capreæ.
Te lanæ prope nobilem
Tonſæ luceriã non citharę decẽt.
Nec flos purpureus roſæ:
Nec poti uetula fæce tenus cadi.

piadæus. ꝑ Neqoitiæ: laſciuiæ: libidini. ꝑ Famoſis: turpibus & infamibus. ꝑ Stellis candidis. i. formoſis puellis. ꝑ Pholoen: hæc iuuenis erat: imo filia eius chloridis: ut ſequẽtia idicant. ꝑ Expugnat iouenũ domos: hoc eſt e domibus iouenes atrahit ſua forma. ꝑ Thyas. bacchi ſacrificula de q̃ ſuperius late. ꝑ Concita. ſ. tua filia: Vti thyas pulſo tympano. Eo aũt inſtfo bacchantium antiſtites utebanť: hinc mulieres ilico ad ſacra cõcitabanť: chloridis uero filia pholoe cõcitabať ab amore: ſicot & thyas pulſo tympano hocq; pacto filiã: quoq; oituperat. ꝑ Nothi: cogniti adoleſcentis. ꝑ Luceriã: luceria uetus erat oppidũ dauniorꝝ: ubi minerdæ fanũ extitit: auctor ẽ Stra. lib. vi. Pli. quoq; lib. iii. dauniorꝝ coloniam fuiſſe ſcri. ꝑ Flos purpureus roſæ. i. roſea corona qua in conoiuiis utebantur. ꝑ Vetulam: ſic legiť in antiquis codicibus: ergo uetulam ad chlorin referť. ꝑ Nec poti &c. ſenſos eſt: q̃ nõ decẽt uetulã cadi poti ad fæcem uſq;. i. optima uina q̃ uſq; ad fæcem bibi ſolent.

¶ CHRI. Quid imerẽtes ho.ue.ca.i poetã maledicũ inuehit ſiue meuius ſit ſiue bauius ſit:q Horatio Virgilioq; aduerſi erant:de quibus Maro:Qui bauium non odit amet tua carmina meui. Atq; inde iungat uulpes & mulceat hircos. Eumq; admõet ne laceſſat qui ipſum remordere poſſit.¶ Hoſpites.q.d.domeſticos & itelligit amicos Octauiani. ¶ Lupos.i.eos qui mordendi eſſent: & non petunt ſine periculo. ¶ Inanes:quæ præter uerba nihil illaturæ ſint.¶ Et me re.qui potero referre aut pares aut ſuperiores gfas.Nã qualis:Ordo ẽ: ego agam.i.impellã & inſectabor per altas niues aure ſublata:nã ſic cõſueuerunt canes audaces oẽm ferã quæcũq; ꝓcedet:me & agam talis: qualis aut moloſſus aut lacon. Nã in epyro & in laconia erant optimi canes. Legitur apud Pli.canẽ moloſſum percuſſorẽ dñi laniatu & latratu indicaſſe.¶ Amica uis pa.Nã greges a lupis defendunt.¶ Tollo cor.Mutat trãſlationẽ:& dicit ſe ſimilẽ tauro:qui cornua tollat in eos qui ſibi maledicũt.¶ Lycãbæ.Hic neobolẽ filiã archilocho poetæ deſpõdit:nec deide dedit.Quapp adeo illũ ſuis iãbeis iſectatus ẽ archilochus:ut laqueo uitã finire cũ filia coegerit. Vel hipponactem intelligit: qui bubali filiã nuptũ petens ob deformitatẽ repulſus ẽ alii dicũt bubalũ pictorẽ hipponactẽ quendam deformẽ poetã ob deriſum pinxiſſe. Qua iniuria illũ furore motũ tali eum carmine iſectatũ eẽ:ut laqueo ſe ſuſpẽderet.¶ Gener.ſ.archilochus: ¶ Acer hoſtis.ſ.hipponactes.¶ Flebo ut puer.Nam pueri eſſe u[...]tur iniurias flere uiri uero ulciſci.



¶ Ode Septima 'dicolos diſtrophos deteſtatur ciuile bellum.

Voquo ſceleſti ruitis. aut cur dextris
Aptantur enſes conditi?
Parũ ne cãpis atq; neptuno ſuper
Fuſum eſt latini ſanguinis?
Non ut ſuperbas inuidæ carthaginis
Romanus arces ureret.
Intactus aut britãnus ut deſcenderet
Sacra cathenatus uia.
Sed ut ſecundum uota parthorum ſua
Vrbs hæc periret dextera.
Neq; hic lupis mos nec fuit leonibus
Vnquam niſi in diſpar feris.
Furor ne cæcus? an rapit uis acrior
An culpa? reſponſum date.
Tacent:& albus ora pallor inficit
Menteſq; perculſæ ſtupent.

Argumentum. ODES. VII.

¶ ANT. Hac ode romanos arguit ciuile bellũ iſtaurãtes:de quo tamen intellexerit non facile dignoſci poteſt; De bello quidẽ actiaco contra antoniũ & cleopatrã intelligere magis placet:id enim finis armoꝝ ciuiliũ fuit: de quo etiam pria epodo Horatius inuit.¶ Quoquo ſceleſti ruitis.Metrũ eſt ſuperioribus ſimile incipit aũt ab exclamatione ꝓpter armoꝝ tumultũ.¶ Ruitis:ſine cõſilio quidẽ.Enſes cõditi poſt Caſſii & bruti & Sexti Pompeii interitum: qui erant bella ciuilia: itaq; omnis romanoꝝ uis atq; poteſtas ad duos tãdem antonium.ſ.& auguſtũ cæſarem peruenerat:ut Apiãus li.vii.meminit. Propter cleopatram exinde deſciuit antonius qua de re pugnatũ eſt acriter apud actium.Epiri promõtoriũ:ut latius prima epodo narrauimus.¶ Non ſupple:fuſus ẽ:latinus ſanguis.¶ Intactus britãnus:finis erat orbis ora gallici littoris:niſi britãnia inſula nomen pene orbis alterius mereretur octingentis & amplius milibus paſſuum lõga porrigit. Auctor eſt Solinus.Ptolomeus lib.ii.ſcribit in illis britãniæ nec montes neq; paludes nec fluuiorum fontes eſſe.¶ Intactus britãnus:diuus Hieronymus de tẽporibus ſic ait. Claudius de britãnis triumphauit: & orcadas inſulas romano adiecit imperio: in cuius gloriæ memoriã filiũ ſuũ britãicum appellauit. Sunt autem orcades triginta anguſtis iter ſe ductæ ſpatiis. Auctor Mela. Pli.ẽt li.iiii.de iis ſcribit.¶ Cathenatus:ibat enim uictus hoſtis ante triumphantẽ oneratus colla cathenis.¶ Sacra uia:de hac ſupius patuit.¶ Sed: ſupple fuſus eſt latinus ſanguis.¶ Secundum uota parthoꝝ. Craſſo pugnante in parthos ĩgens clades accepta eſt ab romanis:ut latius ſecunda ode li.i.narrauimus:quare parthoꝝ animi ad ſũmum elati ſunt:deide tamen ſub.Mar. Antonio repreſſi: prælis enim octo & decẽ ſuperati ſunt. Antonius poſtea ad ciuilem bellum conuertit animũ: de parthis autem plene legito Apianũ in lib.qui parthicus inſcribit. Vbi etiam legitur ꝙ Ventidius ſolus de parthis uſq; ad ætatem apiani triũphauit:qui ſub Traiano imperatore ſcripſit. Aduerte tamẽ. Ventidium triũphaſſe priuſq̃ an-

Sic eſt acerba fata romanos agunt
Sceluſq; fraternæ necis:
Vt immerentis fluxit in terram remi
Sacer nepotibus cruor.

tôius in parthos iuſſet. Sua dextera.i.bellis ciuilibus. Neq; hic lupis. Pli.libro.vii.de homine ait. Nulli rabies acrior: deniq; cætera animantia in ſuo genere probe degũt: congregari oĩdemus: & ſtare contra diſſimilia: leonum feritas inter ſe nõ dimicat: ſerpentium morſus non petit ſerpentes: ne maris quidẽ beluæ ac piſces: niſi in diuerſa genera ſæuiũt at Hercule homini plurima ex homine ſunt mala. Seneca item epiſtola.ciiii.ſic ait. Ab homine homini quottidianum periculum: aduerſus hoc te expedi hoc intentis oculis ſtuere: nullũ eſt malũ frequentius: nullum pertinacius: nullũ blãdius. Tẽpeſtas minaſ anteq̃ ſurgat: crepãt ædificia anteq̃ corruãt. pnũciat fumos incẽdium: ſubita eſt ex homine pnicies: & eo diligentius tegitur quo propius accedit &c. Furor: impetos: inſania: ira. Vis acrior.i.fatalis neceſſitas. Culpa ſcelus aliquod cuius cauſa in ſeipſos irruerẽt deorum numine. [illegible]cent: oſtendit illos oerbis ſuperioribus conuictos tacuiſſe: deinde cõſcientia culpæ & ſceleris palluiſſe. Perculſæ: territæ memoria colpæ ac ſceleris. Stupent: torpent: incertæ ſunt: ſenſu carent. Sic eſt: illis tacentibus pallentibus & ſtupentibus innuit fato & culpa romanos agi ad bella ciuilia ſupplicium ſubeuntes ob romuli cædem in fratrem admiſſam. Acerba fata romanos agunt. Apianus in lib.q ſyrius inſcribitur. Narrat magos ſeleuco regi cõſulẽti de die & hora iaciẽdoq; fundamẽtoq; urbis ſic reſpondiſſe: fatalẽ quidẽ ſortem: o rex ſiue bonã ſiue malam: neq; hoĩs neq; urbis fas eſt permutare quædã.n.urbium quẽadmodũ & hominũ ſors eſt &c. Scelus fraternæ necis. Vt dii in quoq; tutela ea loca eſſent auguriis legeret eum: qui nomen nouæ urbi daret: qui conditam imperio regeret: palatiũ Romulos: Remus auentinom ad inaugurandũ templa capiunt priori Remo augurium fertur ſex oultures: iãq; nunciato augurio quũ duplex numerus romolo ſeſe oſtendiſſet utrũq; regem ſua multitudo conſultauerat: inde cũ altercatione congreſſi certamine irarum ad cædem uertuntur: ibi in turba ictus Remus excedit. Vulgatior fama eſt ludibrio fratris Remũ nouos tranſiliiſſe muros: inde ab irato Romulo interfectum: ita ſolus potitus imperio. Romulus condita urbs conditoris nomine appellata: palatinũ primũ in quo ipſe erat educatus muniit &c. hæc ex liuio. Lucanus ẽt li.i.ait Fraterno primi maduerunt ſanguine muri. Vt.i.poſtq̃. Sacer nepoti[illegible]s.i.execrandus & horrendus: nam ſuo cruore id erãt expiaturi.

ACR. Quoquo ſceleſti ruitis: illud bellũ cum exclamatiõe ſignificat. qd ab auguſto geſtũ ẽ contra Brutum & caſſiũ interfectores cæſaris. Enſes cõditi: uaginis incluſi. Parum ne cãpis ciuilis belli.tpe. Intactus: ante ioictus. Vt deſcẽderet: ot uictus pro triũpho duceretur. Sed ut. Qui occiſo Craſſo metuebãt romãos: niſi bellũ ciuile emerſiſſet. Sua urbs hæc.d.ut Lucanus. in te uerte manos nondũ tibi defuit hoſtis. Neq; hic lupis mos: ut ſeipſi perſequerentur. In diſpar feris: hoc eſt. in diuerſam naturam. Vis acrior fatalis: quædã neceſſitas. An culpa: uelut interroget cauſas furoris. Et albus ora pallor.i.uelut qui cõſcientiam peccati monſtraret: ut pallor ſimul occupat ora. Albus autem palloris epitheton. Acerba fata romanos: hoc eſt tãq̃ illis tacentibus ipſe intellexerit belli ciuilis originem inde in nepotes tractam diſcordiam: quia occiſo fratre romulus parricidum perpetraoit: unde eſt. Fraterno primi maduerunt ſanguine muri. Sacer: execrabilis.

POR. Quoquo ſceleſti ruitis: elegãter i tumultu ab exclamatiõe incipit: ad eos aũt dicit q furioſa mẽte inſtaurare bellũ ciuile conabanſ. Aut cur dex. aptanſ enſes cõdit: qui iam cõditi erant cur dexteris accomodantur: ac ſi diceret ſtringitis gladios in uag[illegible] tã conditos. Neq; hic lupis mos: neq; foit leonibus uſquam niſi in diſpar feris. Senſus eſt: feræ nõ faciunt quod uos o romani ſanguinem ſnuicem petentes: nam feræ eiuſdẽ quæ ſunt generis inter ſe pacẽ habẽt: diſpares ſe inſectantur. In diſpar feris: diſpar aduerbiũ ẽ nunc: ac ſi diceret diſpariter feris. Furor ne cæcos an rapit uis acrior: quæ ẽ acrior uis q̃ furor. aut nunquid deorũ ira. Tacent & ora pallor albus inficit: elegans ocioſitas quaſi his oerbis coniuncti ſteterint: deinde cõſcientia ſceleris palloerint. Sic eſt acerba fata romanos agunt: eleganter quaſi tandem inuenit furoris huius cauſam intulit: ſic.n.eſt ſenſos ſine dubio hoc eſt fato agimor ad hoc bellõ ſuppliciũ pedentes ob cædem romuli in fratrẽ admiſſam. Sacer nepotibus cru. Sacer utiq; pro uenerabili nunc intelligendũ: niſi forte epitheton ut ſolet ad ipſum facinus reuocamus: ot ſacer cruor pro ſacro: ideſt execrabili cæde effuſo dictũ ſit: ſacrum autem & pro execrabili ueteres dixiſſe notum eſt: & apud Virg. Quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames.

CHRI. Quoquo ſceleſti ruitis. Vehemẽter bellũ deteſtaſ. Et cũ tãq̃ queribũdos ĩ romãos ſuectus fuerit. Deinde eos excuſat. Putat acron bellũ cũ exclamatiõe notare: qd inter brutũ & auguſtũ geſtũ ſit. Sed forte potius bellũ inter auguſtũ & M. Antoniũ & cleopatrã. Sceleſti. Audacter uituperat quos paulopoſt excuſaturus ſit. Ruitis: qd furioſæ: pturbationis ẽ & nõ cõſilii. Nõ ut ſuper. nã eẽt laudãdũ bellũ aduerſus ſuperbos hoſtes ſumptũ: ut cõtra uituperandũ eſt: ſi geraſ cõtra ciues. Catenatus. Sic.n. ducebãſ reges: captiui & principes in triũpho. Sacra. Nã uia ſacra pdocebat a porta triũphali ad capitoliũ: p quã pcedebat triũphus. Sua dextra: ciuili bello. Neq; hic mos. Oĩa bruta ſui gñis aĩalibus parcũt. Solꝰ ãt hõ ĩ hoĩem ferſ. Furor ne cæcus Quærit furore ne ai an fato feranſ. Rñſum date. Fingit nõ rñdere interrogatos: qd pniæ pudoriſq; ſignũ ſit. Sic ẽ: Cõclodit a fato fuiſſe bellũ: & culpã cõtractã a rõulo: q fratrẽ remũ dominandi cã ĩteremit. Sacer.n.i. execrabilis poſteris: q a pœnas eẽnt luituri.

Argumentum. ODES. VIII.

ANT. Hac ode anũ arguit eũ interrogantẽ cur ad uenerẽ tardus eẽt cũ ipſa deformis & æuo putida cãm pberet: itaq; eius oitia exprimit. Rogare.l. Metrũ eſt idẽ cũ ſuperioribus. Rogare ad de nõ pudet. Eſt.n. figura apoſiopiſis.i. reticẽtia uel iterruptio ſiue potius ſinecdoche ẽ: fit.n. quũ ſubtractũ uerbũ aliqd ſatis ex cæte-

Ode Octaua dicolos diſtrophos in Anum impudicam.

ROgare longo putidam te ſæculo
Vires quid eneruet meas.
Cũ ſit tibi dẽs ater & rugis uetus

Frontem ſenectus exaret.
Hietq; turpis inter aridas nates
Podex uelut crudæ bouis.
Sed icitat me pectus & mammæ putres
Equina quales hubera.
Venterq; mollis & fœmur tumentibus
Exile ſuris additum
Eſto beata: funus atq; imagines
Ducant triumphales tuum.
Nec ſit marita quæ rotundioribus.
Honuſta bacchis ambulet.
Quid q libelli ſtoici inter ſericos
Iacere puluillos amant
Illiterati num minus nerui rigent
Minuſue languet faſcinum?
Quod ut ſuperbo prouoces ab iguine
Ore allaborandum eſt tibi.

ris intelligiṫ. in apoſiopiſi uero q̃d taceat incertũ eſt: fit autẽ interceptũ ſilẽtium quũ quis iraſcitur aut perturbatur: his an affectibus tantũ ſermonis defectio cogruit: quæ omnia latius in carmine figurarum docuimus. ¶ Putidam: corruptã & acerbe fœtidam. ¶ Eneruet: debilitet: relaxet. ¶ Dẽs ater: niger & obſcurus. Naſo lib. iii. de arte inquit. Quid ſi præcipiam ne fuſcet inertia dentes: Oraq; ſuſcepta mane lauentur aqua. ¶ Rugis exarat: idem Naſo lib. iii. ait. Quam cito me miſerũ laxanṫ corpora rugis. Et perit in niueo qui fuit ore color. ¶ Rugis: qbuſdã lemniulis. ¶ Exaret deſcribat: deſignet. ¶ Hiet: pateat. ¶ Podex: eſt romanoꝝ podex κωλοσq; pelaſgũ. ¶ Crudæ. i. duræ uel potius infirmæ. Crodus enim diciṫ qui cibũ in ſtomacho habet ægre difficileq; digeſtibilem: & quo offendiṫ: uel tãquã nimio: uel tanq̃ noxio. ¶ Sed incitat per ironiã. i. irriſionẽ dicit ſe incitari ad libidinẽ a mãmis illius putidis. ¶ Equina quales ubera: pp carmẽ quales pro qualia dixit. Accidẽtis enim relatiuũ ſequẽti ſubſtãtiuo adhæret. Eſt ergo figura alleotheta. i. aliter poſita: ſolet eni per hãc genus cõfundi. Vir. in buco. Dulce ſatis humor. ¶ Pectus & mãmæ putres. Figura eſt ſillepſis ſeu conceptio per genus: nã genus fœmininũ concipit neutrum. Lucanus itẽ in primo lib. Vis erat hic leges & plæbeſcita coactæ: id autem latius patet in carmine figurarum. ¶ Mollis: lẽtus & rugoſus non tenſus uti puellis. ¶ Fœmur. i. pars coxæ anterior: poſteriores. n. partes dñr fœmina. Coxa uero eſt pars ipſa ſuper fœmora. ¶ Exile: tenue: gracile. ¶ Suris: dicunṫ ſuræ tibiarũ partes craſſiores. ¶ Eſto beata. Sis inquit poeta: & diues & nobilis & gemmis ornata præcioſiſſimis non tamen effugies quin anus ſis & deformis. ¶ Imagines. apud antiquos defuncto aliquo imagines comitabatur gentilia funera: quapropter totus aderat familiæ eius qui unquam fuerat populus. Quod Plin. docet libro. xxxv. Et nos latius diximus in Iuuenale ſatyra. viii. ¶ Marita. ſponſa aliqua. ¶ Honuſta: honuſtus dicitur cui onus ipſum honori eſt: ut ſi quis hoſtium ſpolia ferat. Sed honeratus eſt qualicunq; præſſus pondere. honuſtus: ab honore deſcendit: oneratus ab onere. Auctor Seruius libro primo æneid. ¶ Rotundioribus. ſ. q̃ illis ipſius anus: per quod digniores baccas intelligit: rotũdiores enim magis laudanṫ. ¶ Quid. ſ. eſt uel ſignificat. Eſt autẽ ſenſus. Quid eſt uel quid ſignificat uel quid dicam: q ſtoicos libros in puluillis habes. An propterea minus dureſcunt nerui illiterati: uel minus languet faſcinum: ideſt ipſe priapus: illiterati autem nerui uidebantur eſſe ſine illorum librorũ præſentia: ipſa autẽ ut docta uidereṫ: illud agebat: quo magis ide amaretur. Sed quoniã anus erat & turpis: nihil iuuabat ad neruorum tentiginẽ. Nerui enim litteras neſciunt nec litterarum ſtudiũ habent: aut appetunt: itaq; ore potius illi erat laborãdũ. ¶ Stoici. philoſophia στοᾶ. i. porticu dicti ſunt apud athenas eni porticus erat: ubi zeno docebat: inde ſtoici appellati. ii ſummum bonum in ſola uirtute ponebant. ¶ Sericos puluillos. Seres ut ſcribit Plini. libro. vi. regionem inhabitant: quæ ſpectat æſtiuum orientem laniſicio ſiluarum nobiles perfuſam aqua depectentes frondium caniciem. Solinus etiam addit q. lanuginis teneram ſubtilitatem humore domant ad obſequium: qq; hoc illud eſt. Sericum in uſum publicũ dãno ſeueritatis admiſſum: & quo oſtentare potius corpora q̃ ueſtire primo fœminis: nunc etiam uiris perſuaſit luxuriæ libido. ¶ Puluillos. torulos ceruicalia & plumacia: puluillus enim diminutiuũ eſt a puluino qui apponi ſolet quo mollior fit ſeſſio ſiue caput quaſi puluinus. Tullius libro. ix. epiſtolarum Sella tibi erit in ludo tãq̃ hypodidaſcalo proxima eam puluinus ſequr. ¶ Qui autem generali magiſtro ſubeſt dicitur hypodaſcalos ab ὑπο quod eſt ſub. & διδάσκαλος magiſter doctor. ¶ Iacere amant: id quidem oſtendendæ doctrinæ cauſa agebatur utque eorum tegmina non decorticarentur ut item digniores uiderentur puluillos eis ſubiiciebat. ¶ Illiterati: ſenſus eſt: an nerui ſine litteris minus arriguntur. uel neruus propter litteras minus languet: qui neruus ut ab inguine exurgat ore eſt allaborandum illi: nam litteræ nil faciunt ad arrigendum. ¶ Rigent. dureſcunt. ¶ Faſcinum: priapus ipſe. Nam ut Plini. libro. xix. ca. vii. ait hortos & foros tantum contra inuidentium faſcinationes dicabant in remedio erant ſaturnica ſigna: hinc Virgilius libro quarto Georgi. ſcri. Et cuſtos furum atque auium cum falce ſaligna Helleſpontiaci ſeruet tutela priapi. ¶ Superbo inguine: ideſt dedignanti propter anus turpitudinem. Inguen autem proprie ſumma coxæ pars diciṫ iuxta pudenda. ¶ Prouoces: porro longeq; uoces. i. erigas: iacebat enim in inguine neruus languidus propter illius turpitudinem.

¶ ACR. Rogare longo: inuehitur in eam a qua dicebatur lentus in uenerem: & fœtoris ipſius uel ætatis eſſe affirmat magis q eam faſtidit q̃ ipſe nihil poſſit. ¶ Et rugis uetus frontem ſenectus exaret. Senecta enim nonnunq̃ ex rugis apparet ut frontem obſcœnam rugis arat. ¶ Podex: pudenda pars corporis: Vt Iouena. Et podice leui. ¶ Sed. i. me. p. ut reuera icitat. ¶ Venterq;. m. luridus: rugoſus. ¶ Fœmur. ſ. e. f. a. ætate iam ſine muſculis & ſuris indiſcrete diſſociatum. ¶ Beata: diues ut idẽ ſupra. Neſcias ante generum beati philidis flauæ decorent parentes. ¶ Ducant: tãquam nobilium funus imagines te præcedant maiorum. ¶ Nec ſit marita: quæ hoc eſt nulla mariti cura ſit cõptior gẽmis. ¶ Baccas: gemmas dixit: ut colloq; mõile bacchatũ. ¶ Quid quod li. ſto. iter ſericos. Siue q amicos hẽret ſtoicos, ut eos amoris & coitus notaret: ſiue qa libros ipſos legere co-

ſueuerat:ut docta uideretur quos ad oſtentationem in ſericis plumacils reponebat. ¶ Illiterati non minus nerui rigent. Ira ſcolaſtici eoꝝ coitus eligis tanꝗ minus in libidinē poſſint litteras ignorantes. ¶ Minuſue languet faſcinum. Virile pœnum faſcinum dixit propter obſcœnam figurā ꝗ in ſequenti adiecerat: lingua enim detērſa fronte mulieres amputare ſe infantibus putant faſcinum. ¶ Superbo: faſtidienti. ¶ Ore: ad laborandum eſt tibi: aut lingua aut magis blandimentis: ut Iuue. Vox blanda & nequam digitos habet.

¶ POR. Rogare putidā. l. t. ſ. m. In anū libidinoſam ſcribit: ꝗ aſpernat̄: Eſt aūt ſenſus: cū ſis lōge ætatis iā & deformis ac putida miꝝ eſt te deſiderare cōplexus meos: ꝑſertim cū ēt ſine iniuria uiriū meaꝝ hoc tibi ꝓuenire nō poſſit. ¶ Et rugis. u. f. ſ. e. Virgilianū eſt. Et frōtē obſcænā rugis arat. ¶ Velut crude bouis: crudā pro dura aut indomita uſ̄ dixiſſe. ¶ Venterq;. m. mollē uentrē neceſſe eſt eē ꝗ iā rugoſa ac diſſoluta ſit. ¶ Et femur tu ex. Ingenioſa deſcriptio. Nihil. n. tam deforme ꝗ craſſiores pedes eſſe infra genua ꝗ ſupra. ſ. & illud ſignate quod additū dixerit quaſi inconuenientē in hac diuerſitate tumoris & exilitatis addita ergo quaſi applicita ibi hæc aut appoſita uideant̄. ¶ Eſto beata. ſ. atq;. i. d. t. tu. placeas tibi licet generoſitate ac diuitiis iquit: dūmodo deformitatē hanc effugere non poſſis. In funere aūt nobiliſſimi cuiuſq; ſolebant ꝑſerre imagines maiorū: qđ obſeruari uidemus i funeribus principiū. ¶ Quid qđ. l. ſt. i. l. i. p. a. ſignificat illā uēdicare ſibi ſtudiū philoſophiæ: & ob id cum libro frequenter eſſe ad regendam. ſ. libidinis utilitatem. ¶ Illiterati nū. m. r. Quid ꝓdeſt inquit oſtentare litteratam eſſe: cum nihil hoc te adiuuare poſſit ad erigendum mihi penē qui litteras neſcit: nec earū ſtudiū habet neruos pro uirili mēbro dixit: & eſt ordo: nō minus rigent nerui. & rigēt pro frigidi ſunt accipe: ac per hoc lenti & marcentes. ¶ Minuſue languet faſcinum: æque pro uirile parte poſuit: quoniam præfaſcinandis rebus hæc membri difformitas apponi ſolet.

¶ CHRI. Rogare longo tpe anū inuehit̄ quæcum ſit longa ætate facta turpiſſima: tū audet īterrogare ꝗ res illū ſuis cōplexibus inutilē reddat. ¶ Te rogare. Quoniā Oratio patetica eſt: & indignatiōe plena: icirco principiū habet īperfectū & cui uerbū ſubintelligendū ſit. Natura eni ſic īpellimur: ut irati integrā orationē nō ꝓferamus. Sic Vir. Quos ego: ſed motus ꝑſtat cōponere fluctus. Sic Terē. Ego ne illā: ꝗ illū: ꝗ me. Ergo ſubintellige. Nōne pudet te putidā rogare. ¶ Quid. i. ꝗres. ¶ Putidā: uetuſtate putrē & marceſcētē. ¶ Eneruet: lāgue faciat & debilitet. Nā robur in corpe a neruis eſt quibus ſi aut careamus: aut debilitatis utamur deficiūt nos uires. Vñ dicimus eneruare quaſi ſine neruis reddere. Sed per trāſlationē ad aīum trāſferimus: & eneruatos qui ſine aī fortitudine ſunt appellamus. ¶ Exaret: nā frōs in rugas obducta ſimilis eſt arato agro cui ſulci porcæq; ſint. ¶ Hiet: pādeſcat. ¶ Nates: lūbis cōterminæ: ſunt nā lūbi ſunt unde eingimur uſq; ad nates: & in lumbis libidis ſedes eſt. Clunis aūt eſt tumor natiū. ¶ Podex: inter nates ē oſtiolū: p quod egeruntur excrementa. ¶ Crudæ. i. fluxū uentris ꝓpter crudiatē patientis tunc eni magis hiare uidetur. ¶ Sed incitat: ironia eſt: in ꝗ ſnīa uerbis contraria eſt. ¶ Putres: relaxatæ: flaccidæ: pendulæ: nō turgentes & ſtantes ut in puellis. ¶ Venter. Aluum dicimus: quo ſordes decidūt: hic purgare aluūs uteꝝ ubi fœtus iacet: quapp in ſola fœmina eſt. Ventrē tumorē qui illis partibus turgeſcat. Iuue. Mōtani quoq; uenter adeſt ab domine tardus. Et uniuerſū illud quod ilibus pube & lateribus terminat̄ uentrē appellamus. ¶ Fœmur: fœmur fœmēq; a uertebra ad genua ptingunt externæ internæq;. Sed fœmē infra genua uſq; ad iuncturā pedis uſ̄ extēdi. Plaut. A ſinaria. Quibus obtritæ ad fœmina erāt ungulæ. Diciturq; fœmen a flectēdo. ¶ De ſura. iā dixi. ¶ Eſto cōcedā tibi: ꝗ a uetula es magnificū ampluꝗ; funus. Erat aūt conſuetudo priſca: ut gentiliū ſtatuæ funera eoꝝ qui eiuſdem eſſent gentis in pompā ſequerent̄. Apparet in oratione Ciceronis pro milone. ¶ Nec ſit marita. Concedit ēt ut pulchris ornet̄ unionibus. Has græci margaritas: latini bacchas appellant. Vñ Vir. Colloq; monile baccharū. Harū ꝑcipua gratia eſt: ut & lucidæ ſint & rotundæ. ¶ Stoici: ſiue ꝗ amicos haberet ſtoicos: quoꝝ libidinem notat. Siue ꝗ eoꝝ libros: ut docta uideretur legeret: & inter ſerica puluinaria ad oſtentatione haberet. ¶ Nerui & faſcinum: pro uirili membro. Iuue. Nil faciet magni mēſura incognita nerui. Et Vir. Pedicabere faſcino pedali.

Argumentum. ODES. IX.

¶ ANT. Marcus Antonius poſt pthos cleopatre amore ductus: ꝗſi bñ geſtis rebus in regio ſe ſinu reficiebat. ægyptia mulier ab ebrio iperatore ꝑciū libidinū rōanū īmpiū petiit: pmiſit Antonius: ueluti hæc oīa latius ſcribunt̄ ab. L. Floro. Itaq; i patriā pugnaces nauis qngētas duxit auctore plutarcho. Peditū milia cētū. Eqtū milia. xxii. Antōio igit̄ circa actiū epyri: pmōtoriū nauis hñte Cæſar auguſtus illuc duxit nauis pugnaces. ccl. peditū. lxxx. milia. Eqtū ferme parē antōio nūeꝝ: iter pugnādū aūt naues. lx Cleopatræ: ꝗ poſt magnas naues collocatæ erāt uelis ſublatis p medios pugnantes fugā arripuerūt. An. poſt hītis oībus i qnq; remē ꝓſiluit: & cleopatrā īſecutus ē. Itaq; ad tænaꝝ appulerūt. Antōiana claſſis ægre. x. hora ſupata eſt. Mortui nō ſupra qnq; milia fuere. Captæ aūt naues trecētæ. Exercitus itē oīs uictori ſe dedit. Poſt hæc Cæſar ab actio profectus athenas. Hac igit̄ lætus uictoria Hora. mecœnatē ſuū alloquit̄: ut una optio uino ꝗ primū gaudeāt. Sicut etiā pauloante uicto Sexto Pō. fecerāt. Arguit idē Antōiū ꝗ muliebri īpio ſe ſubderit: cū liber eēt: & alt̄ orbis ipator. pueꝝ tādē hortat̄ op

¶ Ode. ix. dicolos diſtro. ad Mecœnatē de auguſti uictoria in antoniū & cleopatram.

QVādo repoſtū cecubum ad feſtas
Victore lætus cæſare.
Tecū ſub alta ſic ioui gratum domo dapes
Beate mecœnas bibam.
Sonante mixtum tibiis carmen lyra
Hac dorium: illis barbarum.
Vt nuper actus cum freto neptūnius
Dux fugit uſtis nauibus.
Minatus urbi uincula quæ detraxerat
Seruis amicus perfidis
Romanus: eheu poſtea negabitis
Emancipatus fœminæ.

Fert uallum & arma miles: & ſpadõibus
Seruire rugoſis poteſt.
Interq; ſigna turpe militaria
Sol opem aſpicit conopeum
Ad hũc fremẽtes uerterũt bis mille equos
Galli canentes cæſarem.
Hoſtiliumq; nauium portu latent
Puppes ſiniſtroſum citæ.

tima uina miſceat. Iuuat enĩ mero dulciſſimo curã & metũ
rerũ cæſaris ſoluere. Penultima ẽt ode li. i. de Antõii & cleo-
patræ clade pluria idẽ Hora. meminit. ¶ Quãdo repoſtũ:
metrũ eſt ſimile p̃cedentibus. Eſt aũt ordo. O beate mecœ
nas lætus ego uictore Cæſare: qñ ſub alta domo ſic iouigra
tũ tecũ bibã cecubũ repoſtũ ad feſtas dapes: p̃terea Plaut⁹
in caſina inq̃t: qui utunt̃ uino uetere ſapiẽtis puto. ¶ Cæcu-
bũ: ſinui caietano contiguũ erat cæcubũ oppidũ: cui adiace
bat urbs fundi in apia uia. Tota illa ora p̃cipua uina genera
bat. Verũ cæcubũ & fundanũ & ſẽtinũ ſicuti phalernũ & al-
banũ iter nobilia numerabat̃: auctor eſt Strabo li. v. Pli. etiã
li. xvii. ſcribit q̃ antea cæcubo erat generoſitas celeberima
in paluſtribus populetis ſinu amyclano: qđ ſuo tp̃e interciderat & icuria coloni lociq; anguſtia: libro uero ter-
tio docet amyclas fuiſſe prope tarracinã fundos caietãq; uerſus: & a ſerpentibus deletas. ¶ Sub alta domo: id-
eſt in alta domo: intelligit autẽ mecœnatis turrim: ex qua nero incendiũ urbis proſpectauit. Suetonius enim
ſicait: hoc incendiũ e turre mecœnatiana proſpectans lætuſq; flammæ: ut aiebat pulchritudine ἁλωσιν ilii
decantauit in illo ſuo ſcœnico habitu: hoc eſt captionẽ ſeu captiuitatẽ & expugnationẽ ilii: idem quoq; ſcribit
Auguſtũ ægrũ cubare ſolitũ in mecœnatis domo. ¶ Sic: ut cæſaris uictoria gaudeamus. Ioui gratũ: eius enim
numine uicerat auguſtus. ¶ Hac doriũ: dorus dorienſes parnaſo affines habitatores conſtituit ſibiq; ſuperſti-
tes a ſe uocatos reliquit: quod Strabo lib. viii. aſſerit. & Plini. libro. vi. capitolo. ii. ſcribit. Tris tantũ gentes græ
cas iure dici. ¶ Doricam: ionicã: Eolicã: cæteras barbarorũ eſſe. ¶ Illis barbarũ: ideſt phrygium. Nam obliquã
tibiã in phrygia mydas inuenit: geminas tibias marſyas in eadẽ gente lydios modulos amphion: dorios tha-
miras thrax: phrygios marſias phrix: cum tibiis cancre uoce Trœzenius dardanus inſtituit. Auctor eſt Plini
us libro. vii. Diodo. uero libro. vi. ſcribit. Palladẽ tibiã eiuſq; cantũ iueniſſe. ¶ Vt nup: bibimus. ſ. ¶ Actus quũ
fre. ordo eſt: quum dux neptunius actus freto fugit uſtis nauibus. ¶ Dux neptunius. Sextus pompeius intelli-
gitur: qui fuga euaſerat ex hiſpania: contractiſq; infœlicis belli reliquiis cũ inſuper ergaſtula armaſſet. Sicili
am ſardiniãq; habebat: iã & claſſe mediũ mare iſederat. O q̃ diuerſus a patre: ille cylicas extinxerat: hic pyra-
tas in patriã agitabat: hæc ex floro. Apianus aũt lib. v. ſcribit. Agrippã in ſicilia pugnantẽ cõtra Sextũ pompe-
ium naues in fugã adegiſſe: quarũ ſeptem ſupra decẽ celeri curſu reliquas antecedẽtes ad pontũ delatæ ſunt:
Aliæ intercludẽte agrippa partim ab inſequẽtibus ex impetu repulſæ ſunt: partim inſurgentes confractæ: aut
igni abſumptæ: quæcũq; uero in mari pugnã ſuſtinebãt quæ geſta erãt intuentes ſeipſas dedere hoſtibus. Põ-
peius ipſe ex claſſe ſe ꝓripiens meſſanã ſubito cõfugit. Tres ex cæſaris auguſti nauibus mari imerſæ. Pompeii
octo ſupra uiginti. Reliquæ aũt cõbuſtæ ſunt: aut redactæ in p̃ratẽ: aut ad terrã cõpulſæ perierũt. Septẽ & decẽ
dũtaxat fuga elapſis: Põpeius poſt hæc cognita peditatus defectiõe ad hoſtes: ueſtẽ imutauit: & ex imperato-
ria priuatã ſibi induit. Deinde ex meſſana in pontũ ꝓfugit: ac ſeptẽ ſupra decẽ quas præmiſimus comitatus
nauibus ad Antoniũ ſe cõtulit: peruenit tandẽ inter hoſtiũ manus. Titius aũt Põpeii exercitũ antonio aſciuit:
ipſum p̃terea põpeiũ mileti iteremit: quũ quadrageſimũ ætatis attigiſſet annũ: ſiue ꝓpria ad id ꝓuectus ira ſi
ue iubẽte antonio: ſunt qui plancũ nõ Antoniũ id iuſſiſſe exiſtiment: hæc oia ex appiani li. v. ¶ Actus freto: op
p̃ſſus. ſ. freto ſiculo ab agrippa. ¶ Dux neptunius. Sex. Põpeius itelligit̃: quẽ appellat ducẽ marinũ: qm̃ prædo
nibus mari dominabat̃. ¶ Vſtis nauibus fugit: nauiũ quippe Põpeii octo ſupra uigiti merſæ ſunt: reliquæ aut
cõbuſtæ aut redactæ in p̃tatem: ſeptem & decẽ dũtaxat fuga elapſis: quibus e meſſana in põtum ad antonium
ſe cõtulit. Sed mileti a titio Antonii p̃fecto iterẽptus eſt: ut pauloante dictũ ẽ latius. ¶ Quæ detraxerat ſeruis.
armauerat enĩ ergaſtula põpeius I patriã habẽs ſiciliã & ſardiniã. ¶ Perfidis ſeruis: nõ enĩ põpeio cõtra roma-
nos eorũ domios fauere debuerãt. ¶ Romanus. ordo eſt. Romanus miles emancipatus fert uallũ & arma fœ-
minæ: & põt ſeruire rugoſis ſpadonibus eheu poſteri negabitis: ſunt p̃terea q dicant ehu duarũ ſyllabarũ eſſe:
ego uero i antiqs codicibus eheu reperi. ¶ Romãus: miles. M. Antonius itelligitur: is enim poſt parthos exo
ſus arma in ocio agebat: ſed captus amore cleopatræ: quaſi bene geſtis rebus in regio ſe ſinu reficiebat. Aegy-
p̃ia mulier ab ebrio iperatore p̃cium libidinum romanum imperium petiit: promiſit Antonius. Itaq; in pa-
triam arma parauit. Pugnatum eſt ab auguſto contra eum & cleopatram apud actium epyri promontorium.
Prima dux fugæ regina cum aurea puppe ueloq; purpureo in altum ſe dedit: mox ſecutus antonius. Sed in-
ſtabat ueſtigiis Cæſar: demum uſq; in alexandriam perſecutus eſt. Qua capta antonius ſibi ipſi mortem con-
ſciuit. Cleopatra quoq; iuxta ſuum antonium admotis ad uenas ſerpentibus ſic morte quaſi ſomno ſoluta eſt
hic finis armorum ciuilium fuit: hæc oia ex. L. Floro. ¶ Emancipatus. i. ſui iuris: & nullius poteſtati ſubiectus
proprie autem filius uel nepos qui ab iugo a poteſtate uel manu patris uel aui eſt relaxatus: & ſui iuris effe-
ctus emancipatus dicitur. Manumiſſus uero ſeruus dicitur a ſeruitute ereptus uel emiſſus. Itaque emancipa-
tio pertinet ad liberos. Manumiſſio uero ad ſeruos. Marcus autem Antonius emancipatus dicitur a poeta:
quoniã ſui iuris erat: & nulli ſubiectus. Erant enim duo tunc ſimul orbis imperatores auguſtus: ſcilicet &
ipſe. M. Anto. quod latius oſtendit plutarchus in antonii uita. Subiecit tamẽ ſe cleopatræ amoris gratia: poſ-
ſet etiam hoc referri ad omnes milites romanos cum cleopatra ſentientes: quos appellat emancipatos: ideſt
ab militia emiſſos & relaxatos. Nam Antonius poſt parthos exoſus arma apud cleopatram quieſcebat cũ ſu
is omnibus. ¶ Negabitis: ſunt enim adeo fœda & indigna hæc: ut ſcilicet romanus miles ſœminæ & ſpadoni-
bus ſeruierit: ut uix credi ab ullo poſſint aut debeãt. ¶ Fert uallum & arma fœminæ: gerit curam bellici appa
ratus cleopatræ. Vallũ aũt ipſa munitio dicitur: nam ualli ſunt fuſtes quibus uallum munitur. Seu per uallũ

& arma fœminæ intelligit aureũ ſceptrũ & diadema reginæ: q̃ oĩa Antonius gerebat cũ purpurea ueſte ingẽtibus gẽmis aſtricta ut ſcri. florus. ¶ Spadonibus: ſpado caſtratus aliq̃s dr̃ a σπάω uel σπάζω qđ eſt aufero traho diuello: teſtes eni euelluntˀ: aiunt p̃terea q̃ eunuchus adoleſcens eſt. Spado uero ætate grãdior: diciˀ autẽ eunuchus ab εὐνῇ i. cubili & ἔχω coſtodio: quia id hoium genus adhibebaˀ ſeruandis cubilibus regũ & principum εὐνουχίζω tamẽ caſtro ſignificat. ¶ Rugoſis: longæuis. ¶ Et ſpadonibus ſeruire rugoſis poteſt. Cum admiratione indignatiõeq̃ id legendũ eſt. Erant aũt ſpadones bello p̃poſiti cũ Antonio. Plutarchus eni in antonii uita ſic ſcribit. Addebat Cæſar hæc uerba: antoniũ quidẽ amatoriis poculis iſectũ ne ſe quidem regere ac gubernare poſſet pugnaturos aũt cõtra ipſum fore photinũ & mardionẽ eunuchũ & chardionem & iradem cleopatræ: iõſtricem quibus antonii imperiũ plurimũ gubernareˀ. In uita aũt põpeii oſtẽdit idẽ auctor photinũ quoq̃ eunuchũ fuiſſe: & ptolomei regnũ adminiſtraſſe dũ ptolomeus iunior eſſet. Hic ẽt ſenatũ primorum coegit ad conſultandũ quid de põpeio agendũ eſſet: itaq̃ cædendũ eſſe iudicarũt. Conopeũ: id uelũ erat qoo in ægypto ad arcendos culices utebantur: ut ſcribũt Herodotus & Porphyrio κώνωψ autem κωνωπεῖον culex diciˀ. hoc utebaˀ in ſua naui cleopatra quæ nauis antonias dicebaˀ: ut ſcribit plutarchus. Florus uero aſſerit cleopatræ nauim auream puppẽ uelũq̃ purpureũ habuiſſe. ¶ Turpe: haud eni decebat iis delitiis uti in tãto bello. ¶ Ad hũc. i. aduerſus romanũ militẽ uidelicet. M. Antoniũ. ¶ Galli: multi reges antonio fauebãt: ſed inter alios ab eodẽ deſciuerũt anteq̃ pugna iciperet. Deiotarus & amynthas: qui quidem rex erat lycaoniæ & galatiæ: ut plutarchus edocet. Ephorus aũt Strabone teſte. li. iiii. Galliæ magnitudinẽ tradidit uſq̃ ad gades. Ergo gallacia galliæ pars erat propter amynthæ itaq̃ agmen hoc loco poeta inquit: gallos in antonium uerſos fuiſſe: quos poeta ipſe iccirco memorauit: ut romanoꝝ ignauiam magis argueret. nã quũ galli indignarentur ſpadonibus ſeruire: multomagis romani hac eadẽ re indignari debebant. Addit etiam aliud q̃ hoſtiũ naues. i. ægyptiorũ latebant dũ pugnareˀ apud actiũ: & inter pugnandũ fugerunt. Romani uero contra patriam ipſam certabãt. Quorum fuere duces cũ ipſo antonio publicola. Cælius. M. Octauius. M. niſteius Canidius. ¶ Hoſtiliũ nauiũ puppes. Sexagita Cleopatræ naues intelligit. quæ quidẽ dũ nauale certamẽ habereˀ erãt in tuto loco nihil agẽtes. Plutarchus id oñdit his uerbis. Sed quũ agrippa leuũ cornu circũduceret coactus eſt publicola longius ſe extendere. quãobrẽ quũ media antonii claſſis abrupta eſſet turbatis ordinibus & iplicatis parumper trepidatum eſt: erat tamen commune certamen & pugna utrinq̃ æqua: quum naues. lx. cleopatræ quæ poſt magnas naues collocatæ erant: uelis ſublatis per medios pugnantes fugam arripiunt ſuoſq̃ perturbant. ¶ Portu latent. i. in tuto loco: erant enim poſt magnas naues collocatæ ut oſtendimus ægyptiorum naues. lx. ¶ Citæ: ideſt fugaces ueloces & fugæ aptiores. Siniſtrorſum itellige poſt naues ſiniſtri cornu: in quo cælius erat tanq̃ in tutiori. Antonius n. & publicola dextrum habebant: econtra uero Cæſar dextro cornu ſibi reſeruato ſiniſtro agrippam præfecit: auctor eſt plutarchus.

¶ ACR. Quando repoſtũ cæcubũ ad feſtas dapes. ¶ Repoſtũ. i. ſeruatũ. Feſtis cõuiuiis impẽdendũ: ſcribit aũt de bello actiaco quod cũ Antonio & cleopatra a cæ. aug. geſtũ eſt. ¶ Tecũ ſub alta: in mecœnatis. ſ. domo. ¶ Sonãte mixtũ. i. q̃ ẽ artificis miſcere lyræ tybiaꝝ ſonitus. ¶ Hac. d. i. b. Tibiis barbaꝝ. i. phrygiũ lyra doriũ. ¶ Vt. n. a. cũ freto neptunius. d. f. u. n. hac deuotiõe inquit uicto antonio tecũ bibã. quanũc ſuperato ſexto põpeio: qui ſeruorũ manũ in ſicilia cõgregatã nauali p̃lio in freto p̃didit: & inſula pulſus eſt. Vnde & neptunium ducẽ uocauit eligentẽ maritimũ cõflictũ. ¶ Minatus ur. uin. minatus eſt ſeruis. fractis ergaſtulis. ¶ Romanus heu. heu poſteri negabitis. Emancipatus fœminæ: ad antonium retulit: quem dicit pro mancipio cleopatræ darũ: nec a poſteris pro infamia credẽdũ: ut ſequitur quæ nephas egyptia coniunx. ¶ Fert uallũ & arma miles. Quaſi p̃ceptis Cleopatræ Romani milites ſeruientes & arbitrio eunuchorum quorum illa obſequiis utebatur: rugoſi enim ætate fiunt. ¶ Sol aſpicit conopeum. Conopes græcæ culices dicuntur: & quia in ægypto multi ſunt: & habitacula quæ ſibi ægyptii faciunt ad arcendam: culicum moleſtiam conopea appellantur quære ticulum dicunt ægyptiorum reginæ quod ſupra lectum tendereˀ aduerſum culices inter uexilla portatum. ¶ Ad hunc. ſ. contra Antonium: qoia ad Cæſarem confugerunt: & æquos aduerſum antonium cum ſiſtro conuerterunt. ¶ Canentes. laudantes: ut regemq̃ canebant. ¶ Puppes ſiniſtrorſum citæ: ueloces ad fugiendum: ut prima citæ teucris ponam certamina claſſis.

¶ POR. Quando repoſtum cæcubum ad feſtas dapes. Ad hoc repoſitum: ut nõniſi ad feſtas æpulas proferetur. ¶ Victore lætus cæſare: ut ex inferioribus apparebit eam uictoriã cæſaris auguſti ſignat: quam de antonio & cleopatra quæſiuerat. ¶ Tecum ſub alta ſic ioui gratum domo: beatæ mecœnas bibam: ut nos ob uictoriam cæſaris læti epulemur quippe cum ipſe ſit auctor eius uictoriæ. ¶ Sonante mixtum: tibiis carmen: lyra. ¶ Hac. d. i. barbaꝝ. ¶ Nimirum tibiis barbarum: diximus autem & ſupra tris eſſe ſpecies apud græcos omnium carminum: ionicum: lydium: barbarum. ¶ Vt. n. a. cum freto neptunius dux fugit uſtis nauibus. Vt nuper urbibus ſubaudiendum. Cum ſextus Pompeius freto ſicilienſi uictus fugatuſq̃ eſt neptunium dicere ſextum pompeium: noli ſimpliciter dictum accipere quaſi qui in mari dux fuiſſet. ſed q̃ ad eum ſtulticia proceſſiſſet inflammatus in marinarum rerum fœlicitate: ut neptuni filium ſe diceret: & cyanea ueſte obducere tur. ¶ Minatus. urbi uincula quæ detraxerat ſeruis amicus perfidis. Et ſupradiximus ſextum pompeium etiam fugitiuis in ſicilia ſollicitatis claſſem armaſſe. ¶ Romãus heu. heu poſteri negabitis. Emancipatus fœminæ. Qui non intelligunt putant importunum tranſitum repente a ſexto pompeio ad antonium factum neſcientes redire poetam ad initium æglogæ ubi ait uictore lætus Cæſare: ubi de Antonio & cleopatra uictorem uult accipi: deinde comparatione lætitiæ præſentis mentione facta Sex. Pom. & fugæ eius referentis id quod cœperat exequitur turpitudinem Antonii partiumq̃ eius. ¶ Heu poſteri negabitis: nõ credẽt inquit poſteri Romanos milites uelut dotales cleopatræ datos tam fœda ſunt hæc ut non uideantur ab ullo romano admitti potuiſſe: ordo eſt: romanus miles & ſpadonibus ſeruire rugoſis poteſt: adiuuandum hoc pronun-

tiatione:ut & rei indignitas & indignatio dicentis exprimatur.¶ Sol aſpicit conopeum.quaſi retis genus eſt:
ad culices prohibendos quo maxie alexandrini utuntur:quia ibi ex nilo culices abundant.¶ Ad hunc fremē
tes uerterunt bis mille equos galli canentes cæſarem:ſignificat equitum gallorum duo millia ab antonii parti
bus ad cæſarem tranſfugiſſe:quorum mentio iam facta eſt:ut romanos qui ſub præpoſitis ſpadonibus æquo
animo militarent magis oneraret per comparationem gallorum:qui hoc dedignati ad cæſarem ſe contule-
runt.¶ Hoſtiliūq; nauium portu latēt puppes ſiniſtrorſum citæ.Ordo eſt.puppes hoſtilium nauium latent
portu:allocutionem attende mirādam συνεκδοχὴν περιφερῶν ſiniſtrorſum.citæ autem quod dixerat ma-
nifeſtum eſt alexandriam uerſum eſſe:intelligendum autem littore Epyri ubi pugna naualis cum Antonio
fuit,ſi italiam petas in dextra neceſſe eſt.ſi alexandriam in ſiniſtra.
¶ GHRI. Quando repoſtum.De bello actiaco in ſuperioribus abunde diximus:& quēadmodum ad nu-
tum cleopatræ cuncta geſſerit Antonius.¶ Optat ergo,ut q̄primū liceat ſibi conuiuari in uictoria auguſti: &
inuehitur in antonii cōmilitones.qui turpiter cleopatræ ſeruiant.¶ Sub alta domo.Credo turrim intelligere
mecoenatis.Sonante carmē mixtum ti. Ut cithara tibiis carmen cantatur.¶ Dorium.doricum ideſt græcum.
¶ Barbarum.phrygium.nam ut ſopra demōſtratum ē auctore Plutarcho hygris ſiue marſias eius filius pri
mus in phrygia tibiam inflauit.¶ Ut nuper:hac deuotione tecum nunc bibam qua tunc cum ſuperatus eſt ſex
tus Pompeius.¶ Neptūnius:quia mari bellum gerebat.¶ Uincula quæ det ſer.Duplici nota afficit pompeiū
& q̄ bellum patriæ inferret:& q̄ ſeruos ad libertatem in epyro: & alibi conuocaret:ut eos contra patriam
amaret.¶ Romanus.Redit ad antonium & eius milites:qui emancipati.ideſt liberi poſſint ſeruire ſpadoni-
bus qui reginam regunt:p̄ſertim cum ſint armis inſtructi quibus ſe in libertatem uendicare ualeant.¶ Spa
dōibꝰ.caſtratis.¶ Rugoſis.nā emaſculati cū multū de naturali calore amittāt palleſcūt ut plurimū:atq; ruge
ſcunt.¶ Conopeium.tētorii ſpecies eſt:ut ſitu tamen aduerſus culices ἀπὸ τοῦ κώνωπος .i.culicibus. Argu-
it ergo delitias & mollitiem. Cleopatræ.quæ i ſeuera romanorum militia ita laſciuiret.¶ Galli.equites qui
erāt in cæſariano exercitu.¶ Siniſtrorſum.ſ.ad alexandriam.

Io triumphe tu moraris aureos
 Currus & intactas boues.
Io triumphe nec iugurthino parem
 Bello reportaſti ducem.
Neq; africanum cui ſuper carthaginem
 Uirtus ſepulchrum condidit.
Terra mariq; uictus hoſtis punico
 Lugubre mutauit ſagum.
Aut ille cētum nobilem cretam urbibus
 Uentis iturus non ſuis:
Exercitatas aut petit ſyrtes noto
 Aut fertur incerto mari:
Capaciores affer huc puer ſcyphos:
 Et chia uina aut leſbia.
Uel quod fluentem nauſeam coerceat
 Metire nobis cæcubum.
Curam metumq; cæſaris rerum iuuat
 Dulci lieo ſoluere.

¶ ANT. Io triūphe.io uox eſt ouantis. Naſo li.ii.de ar-
te.Dicite io pæan:& io bis dicite pæā.Decidit in caſſes præ
da petita meos. Romulus āt primus triūphū iſtituit ſua i
urbe.triūphauit enim de cecinenſibus & antēnatibus: hoc
mō.Ultimus ipſe poſt pompā ibat purpurea ueſte amictus
comāq; lauro coronatus:& ut dignitate regiā ſeruaret cur-
ru quadriiugo inuectus.aliæ uero equeſtres pedeſtreſq; co
piæ ſequebanť inſtructæ egregie deos laudātes patriis car
minibus:ſicq; urbē intrarūt:poſt pompā aūt & ſacrificium
romulus extructo templo in uertice capitolini collis ioui:
quē feretriū romani uocāt:cecinenſium in eo regis ſua ma-
nu interfecti ſpolia cōſecrauit. Hæc oīa ex Dionyſii libr.ii.
Quo autem pacto poſteri triumpharint latius diximus in
Iuuenalis ſatyra.x.¶ Iugurthino bello:bellum populus ro
ma.cum iugurtha rege numidarum geſſit.quod magnum
fuit & atrox. Demum a bocco maurorum rege & pacis au-
ctore inſidiis captus eſt:& uictus ſyllæ traditus.& ab eo ad
marium deductus : quem tādem uinctum in triūpho ma-
rius duxit kalēdis ianuariis cum magna gloria: quo die ēt
ſecundum conſolatum marius iniit fauente populo etiam
contra leges:auctores plutarchus.& Saluſtius.Aphricanū.
P.Cornelius Scipio primus nomine uictæ a ſe gētis Aphri
canus ē dictus.ut ſcribit Liuius & Plutarchus.Is natus an-
nos.xxiiii.proconſul in hiſpaniam miſſus carthaginem no
uam urbē oppulētiſſima:ubi carthaginēſium duces omnē
belli apparatū & q̄cq̄d p̄cio dignū hēbant cōgeſſerāt:expugnauit diripuitq;. Haſdrubalis īde caſtra ui cœpit
eo fugato cum paucis Maſiniſſam numidiæ regē romano populo ſua uirtute iunxit:hiſpaniæ populi omnes
aut imperium aut ſocietatem romanorum acceperunt.Gaditani etiam ſponte ſe romanis dedidere.Scipio re
ceptis poſſis carthaginenſibus.L.Lentulo & Manlio acidio p̄uincia tradita romā rediit:ubi paulo poſt cōſul
declaratus eſt.Contendit poſtea in ſiciliam:e lilybeo deinde in aphricā: ut una nocte Syphacis numidiæ re-
gis caſtra & haſdrubalis altera cœpit atq; incēdit.Poſt hæc.C.lælium & maſiniſſam cōtra ſyphacē miſit qua
re in p̄lio ille raptus eſt:& ad ſcipionē ductus.Hannibal itaq; ex italia reuocatus fuit in patriam ubi apud Za
mā uictus eſt a ſcipione:ſed e media cæde cū paucis effugit:ſcipio aūt carthagine romano populo tributaria
effecta exercitū i italiā reduxit: itaq; celeberrimo triumpho urbē eſt iuectus auctores liuius & Plutarchus.
¶ Sup carthaginē.hic horatiū alluſiſſe puto ad illius ſepulchri īſcriptionē.Nā ut plutarchus mēoriæ tradi-
dit: frequentior fama eſt literni aphricanū mortuū.Ibiq; ex ſua inſtitutione ſepultum eſſe ne patria pa̧ me
mor beneficio̧ ſuū funus celebraret:monumētūq; ei factū:ac ſtatuā ſuppoſitā quā poſtea tēpeſtate deiectā
liuius ſe uidiſſe teſtať:p̄terea apud caietā in marmoreo ſepulchro æneaq; urna hæc inſcripta reperiunť. De-
uicto hānibale capta carthagine.& aucto impio hos cineres marmore tectus habes.Cui nō europe nō obſti-
tit aphrica quōdā.Reſpice res hoīum q̄ breuis urna p̄mit. Ad hæc igť alluſit Hora. Quod āt acrō ſcribit apđ
alios nō legi itercepta hiſtoria p̄ſertim liuii. Quod qdē ſi ipſe olim ita legiſſet placeret utiq;.¶ Terra mariq; ui

ctus hoſtis iã ad antoniũ poeta redit:quẽ dicit terra mariq; uictũ accepiſſe pullatũ ſagũ:in uariaq; fugiſſe loca:ut auguſti uictoriã oñdat. dixerat eni uictore lætus cæſare. Terra mariq; quo tpe apud actiũ naumachia pugnatũ eſt terreſtribus copiis ab antonio. Canidius ꝑerat cũ.xviii.legiõibus & uiginti duobus milibus æqtũ. A cæſare Thaurus:qui utriq; inſtructa acie in littore quieſcebant.euentum naualis pugnæ expectantes:interpugnandũ fugit cleopatra cũ nauibus.lx.ſecutus eſt eã antonius cũ ſola quinqueremi:alexa & ſiculu dũtaxat comitibus. Eius claſſis quũ diu cæſari reſtitiſſet decima hora ſuperata ẽ. Canidius poſtea noctu e caſtris fugit ſuoſq; ꝑdidit:itaq; illi ſe uictori dedidere auctorẽ Plutarchus. ¶ Sagũ. erat ſagũ ueſtimẽtũ militare ut ſcribit nonius. Dicit aũt Hora. antoniũ poſt amiſſam claſſem pullatũ ueſtimentũ accepiſſe relicto punico.i.tyrio & purpureo. ¶ Aut ille. hoſtis.ſ.antonius qui fugiendo uaria loca adiit. ¶ Petit cretã iturus uẽtis nõ ſuis. hoc ait poeta:qm̃ Antonius fugiens quĩqueremi ut cleopatrã aſſequeref:ab illa in ſua naui receptus eſt: ſicq; ad tænarum appulit ut docet Plutar. Vel uẽtis nõ ſuis.i.nõ ꝓſperis.nõ ſecundis:nõ exoptatis. Vnde & ſapho inquit. Non agitur uento noſtra carina ſuo. Eſt aũt tænarus promontorium laconicæ regionis peloponneſi. cuius limites ſunt a ſeptentrione corinthiacus ſinus & iſthmos:deinde creticum pelagus: ab ortu ſolis etiam creticum mare. ut Ptolomeus libro tertio ſcribit. Propter hæc igitur poeta inquit. Aut petit cretam & cætera. ¶ Exercitatas aut petit ſyrtes noto. Antonius eni ab tænaro diſcedens in lybiã peruenit clæopatra uero in cyprũ remiſſa eſt. Vt aũt hæ quæ in lybia erant copiæ ab antonio deſciuerunt uoluit ille quidẽ ſibi mortẽ conſciſcere. ſed ꝓhibuerunt hi qui ſecũ erant delatus eſt igif alexandriã. ¶ Syrtes. Saluſt. in iug. ſcribit ſyrtes duos eſſe ſinus prope in extrema aphrica ĩpares magnitudine. pari natura quoq; proxima terræ ꝓalta ſunt. cætera uti ſors tulit alta:alia in tẽpeſtate uadoſa. nam ubi mare magnũ eſſe & ſæuire uentis cœpit:limũ arenãq; & ſaxa ingentia fluctus trahunt. ita facies locorũ cũ uentis. ſimul mutaf. ſyrtes a tractu noiatæ. Inter eas ſitũ oppidũ lectis a ſydoniis conditum. hæc ex illo σύρω aũt traho nobis ſignificat. Solinus uero ſcribit φ utræq; ſyrtes ducentis quinq̃ginta milibus paſſuũ ſeparanf. ſed aliquando clementior quæ minor eſt:eas inacceſſas uadoſũ ac reciprocũ mare efficit. cuius ſali defectus uel incremẽta haud promptũ eſt deprælendere: ita incertis motibus:nunc in breuia reſcindit dorſuoſa:nũc æſtibus inundaf inquietis. De ſyrtibus ẽt Strabo li.iii. meminit: multaq; Luca. li.ix. ¶ Incerto mari. pro ipſe incertus uel per incertum mare cuius nomen ignorabat adeo remotũ erat. ¶ Capaciores. poſtq̃ antonii fugã uictore cæſare patefecit: lætitiæ grã uina optima iubet afferri. ¶ Capaciores. ualde capaces & amplos: ſeu mauis ãpliores aliis. ¶ Scyphos. ſcyphus herculis poculũ erat. Ita ut liberi pr̃is cãtharus herculẽ uero fictores ueteres nõ ſine cã cũ poculo fecerunt: & nõnunq̃ caſſabũdum & ebriũ non ſolũ φ his heros bibax fuiſſe perhibef: ſed ẽt φ antiqua hiſtoria eſt herculem poculo tãq̃ nauigio uentis īmenſa maria tranſiſſe: auctor eſt Macro. li.v.ſat. ¶ Chia uina: aut leſbia: chia uina aruiſia intelligit. Eſt eni aruiſiũ promontoriũ chii: ex quo uinũ quod aruiſiũ uocant. ut ſcri. Pli. li.xiiii.c.x. chios aũt inſula eſt una cycladũ teſte Solino homeri ſepulchro aliis antecedens. Strabo ẽt docet li.xiiii. chium & leſbũ uina optima ferre. De leſbo aũt plura diximus ode prima. ¶ Nauſeã coerceat. nauſea ꝓprie uomitus dr̃. qui fit propter ſentinæ fetidã aquã unde & a nauis dr̃. Tradũt aũt optimo uino comprimi uomitũ. utq; celſus lib.ii. ait ſtomacho idonæũ eſt uinũ auſterũ licet iam aſperũ ſit. itẽ reſinatũ: & Pli. li.xiiii. ſcribit uini naturam eſſe exhauſtu accendere calore uiſcera intus: foris infuſo refrigerare. ¶ Dulcis lyeo ſoluere. lycus bacchi nomẽ: ab λύω quod eſt ſoluo: eo φ mentẽ & membra uinum diſſoluat. unde ſequitur paraliſis: de quo etiam ode.vii. diximus Pli. ꝑterea li.xiiii. ſcri. nimio potu gigni fere rerũ oium obliuionẽ: mortẽq; mẽoriæ. furoremq; etiã.

¶ ACR. Intactas. paratas ad ſacrificandũ pro triũpho: intactas aũt integras & ſinceras. ut & intacta totidẽ ceruice iuuencas. ¶ Nec iugurthino parẽ. Nõ tanta ait gloria triũphauit marius de iugurta. ¶ Super. contra de uicta eni carthagine uirtute Scipionis africani: cum afri aduerſũ romanos denuo rebellarẽt conſulto oraculo reſponſum eſt. ut ſepulchrũ ſcipiõi fieret: quod carthaginem reſpiceret: tunc leuati cineres eius ſũt & piramide in uaticano conſtituta & humata in ſepulchro eius in portu carthaginem reſpiciente. ¶ Hoſtis: Antonius. ¶ Punico. purpureo ſago aut patrio. ¶ Ille. metellus ſiue antõius: unde & metellus creticus dictus eſt. ¶ Cẽtũ. n.c.o. ut Centũ urbes habitant magnas uberrima regnã. ¶ Vẽtis iturus nõ ſuis: nõ ꝓſperis: nõ optatis ¶ Exercitatas aut petit ſyrtes noto. nõ noto petit. ſed noto exercitatas: hoc eſt uẽto tempeſtuoſas & naufragas. Aut ferf incerto mari: pro ipſe incertus & ſuridus quo caſus attulerit. Vt ibant obſcuri ſola ſub nocte per umbrã. ¶ Capaciores: pro lætitia maiores. ¶ Fluentem imminentem: aut præ potu nimio flentem. ¶ Metire nobis.c. ĩmple uinum bonum quod aduerſum nauſeam proſit. ¶ Curam.i. ſollicitudinem & metum de abſentia cæſaris uenientem ebrietate ſopiri. ¶ Dulci lyeo ſoluere. pellere. ut. Nunc uino pellite curas.

¶ POR. Io triũphe moraris aureos currus: q̃ſi deũ inuocat triumphũ: tu inqt moraris currus: qui iã parati ſunt. Et itactas boues.i. indomitas nõ ſic dixit: quaſi fœminis iſti triũphãtes ſacrificẽt: ſed qa metro quid gratius fœminino gñe boues q̃ maſculino dicunf. Deniq; ut Vir. Ille meas errare boues ut cernis. ¶ Io triumphe: nec iugurthino parẽ bello reportaſti ducẽ. nõ tanta inqt gloria. C. marius de iugurtha triũphauit. ¶ Terra mariq; uictus hoſtis punico lugubre mutauit ſagũ: hoc eſt depoſuit coccineã clamidẽ Antonius. quã ſ. imperator utebaf & accepit lugubrẽ.i. nigrã: & utrũ ob luctũ uictaq; partiũ hoc facit an ut in fuga lateat. ¶ Exercitatas aut. pe. ſyr. noto. Nã & alibi ait undas exercet auſter incerto mari. ἀνάφορα. Ad ipſum ideſt ipſe ferf incertus conſilii. ¶ Vel qd̃ fluentem nauſeam coerceat. Metire nobis cæcubum: quia auſteriſſimum eſt cæcubũ uinum merito nauſeam coercet: & metire inquit: quia ciatho hauriebat ex cratera uinum.

¶ CHRI. Io. uox gaudiũ exprimens. ¶ Iugurthino. in quo de iugurtha triũphauit Marius. ¶ Neq; aphricano: qui de carthagine triũphauit. ¶ Super carthaginẽ: nã excellentius fuit carthagine ſepulchrũ Scipionis. ¶ Hoſtis. carthaginenſis. ¶ Mutauit ſagũ lugubre.i. pullatum. ¶ Punico.i. purpureo.i. accepit lugubre pro purpureo. ¶ Aut ille. hannibalem intelligit. qui exul a patria factus diutius uagatus eſt.

Ode.x.di.diſt.ĩpcaẽ tẽpeſtatẽ ĩ mæuiũ.

MAla ſoluta nauis exit alite
Ferens olentem mæuium
Vt horridis utrũq; uerberes la
Auſter memento fluctibus: (tus
Niger rudentes eurus inuerſo mari
Fractoſq; remos differat.
Inſurgat aquilo quantus altis mõtibus
Frangit trementes ilices
Nec ſydus atra nocte amicum appareat
Qua triſtis orion cadit.
Q uietiore nec feratur æquore
Q uam graia uictorum manus
Cum pallas uſto uertit iram ab ilio
In impiam aiacis ratem
O quantus inſtat nautis ſudor tuis
Tibiq; pallor luteus
Et illa non uirilis eiulatio.
Præces & auerſum ad iouem
Ionius udo cum remugiens ſinus
Noto carinam ruperit.
Opima q; ſi præda curuo littore
Porrecta mergos iuuerit:
Libidinoſus immolabitur caper
Et agna tempeſtatibus.

Argumentum. ODES. X.

illum ulti ſumus nihil comedẽdo. Hoc enim graue eſt domino cõuiuii. Intactas ergo epulas relinqmus ueluti ſi canidia quæ anhelitu ſuo ſæuior eſt ſerpẽtibus illas aſflaſſet. ¶ Aphris: aphricanis. Ibi enĩ libya eſt harenoſa in qua oĩs generis ſerpentes abundant: & propter calore regionis: & aquæ inopiam ſæuiſſime nocent.

PRima dicte mihi. Rude rudis eſt ſignum miſſionis artis gladiatoriæ. ¶ Inclu. ludo officio ſcribẽdi. Ludũ aũt metaphoricos uocauit. ut oſtenderet periculoſum opus eſſe ſcribendi qa poſt pugnã contulit ad agriculturã. Veianius: nomẽ gladiatoris pugnaciſſimi: & iocũde hoc exẽplũ attulit: quia ſupius dixit. ¶ Antiquo me includere ludo. ¶ Abditus agro: cõparat ſe ueiãio gladiatori nobiliſſimo: q poſt mltas palmas cõſecrauit herculi arma ſua cõtetus ꝓprio agro. Cuius exẽplo dicit ætatẽ ſuã. & ꝓpoſitũ ſibi impedire: & nõ poſſe ſibi pleuerare in carminibus. ſed potius uelle trãſire ad ſtudiũ phiæ relictis iocis. & lyricis uerſibus. Ne populũ exoret extrema harẽa. qa gladiatores portaturi rudẽ ex media harena cõſueuerũt ſe ad crepidinẽ circi adeo proximi: ut poſſẽt populũ triſti uultu uelocius exorare. i. ſub circulo ãphiteatri ſtãs petat rudẽ. Nã ibi conſuetudinis eſt ſtãtẽ gladiatorẽ petere miſſionẽ. ¶ Eſt mihi: mõ phs q pſonet aurẽ: & faciat purgatã. Addict9 iurare Metaphoricos locutus eſt ad militia. Q uia iurabant milites in uerba ducis & ſic ibant ad militiã. ¶ Iurare. i. nulli ſum obnoxi9: Oẽs audio ſerutantes ad rẽ probãdã. ¶ Tempeſtas: aut fortuna: aut caſus: aut aĩ iclinatio. ¶ Nũc agilis. i. facilis & mobilis & diuerſa appetẽs negocioſus accinctus apparat9 ad laborãdũ. ¶ Ciuilibus undis. Hoc eſt morali philoſophiæ: & mire in metaphora obdurauit: qa dixit tẽpeſtas. ¶ Virtutis. u. ſectæ: qa dñt nõ eẽ peccãtibus ignoſcẽdũ. ¶ Ariſtippi. ariſtippus cirenaicus fuit & epicurus. Q ui ſũmũ bonũ ĩ uoluptate dicit. Furtim aũt iõ quia ſtoici dicũt fugiendã eẽ uoluptatẽ. ¶ Et mihi res. nã ſtoici dicũt natũ hoiem: ut a rep. regat̃: Epicurei uero ut homo rẽp. regat. ¶ Sub iũgere: qm̃ auari pecuniis ſeruiũt. ideo Hor. Q uaſi philoſophus ait. conor ut mihi ſeruiant pecuniæ. nõ ego illis. nam illa nobis ſeruiunt: quæ contemnimus aliter hoc epicuri ſtoicis opponunt ſequentibus gloriam uirtutis: q̃ſi illi rebus ſeruiant dũ appetũt gloriam. ¶ Senibus. per hoc oſtẽditur omni ætati philoſophiam prodeſſe inquantum profecerit.

¶ POR. Prima dicte mihi ſũma dicẽde camœna. Flacci epſaꝝ libri titulo tm̃ diſſimiles a ſermõibus ſunt: nã & metrũ & uerboꝝ cõis aſſumptio: ſui ultimos eſſe ipſe teſtat̃ metœnati cũ dicit finire ſe operã uelle: & philoſophiæ malle iſeruire: Veianius armis Veianius nobilis gladiator poſt multas palmas cõſecratis Herculi fundano armis tãdẽ in agellum ſe cõtulit. Cuius exemplo dicit ætatẽ ſuã: & ꝓpoſitũ ipediri: ne in ſcribẽdis iis carminibus pleueret. ¶ Et cætera ludicra pono ait. ſe depoſitis fomentis leuib9 ai. i. iocis a uerſib9 trãſiſſe ad ſtudiũ philoſophiæ: & pcepta aio ſapiẽtiſſime cõdere q poſtea in uſum recte uitæ ꝓferri poſſint. ¶ Quo me duce quo lare tuter. Nulli ſectæ addictũ ſe ait: ſed ex oĩb9 qcqd optimũ ſit dicturũ eẽ ꝓmittit. ¶ Et merſor ciuilibus undis. Inter ſtoicam: & epicureã iactari ſe ait. Et iõ ſe undis ciuilibus mergi dixit. Q uia ſtoici adminiſtrationẽ reipu.

probãt.Epicurei uoluptatem.Inde furtim relabi ſe ad eã ait.¶ Nũc in Ariſtippi:quia Ariſtippus epicureæ ſe
ctæ princeps fuit.¶ Rigiduſq; ſatelles.Bene rigidus ſecũdũ Stoicũ.¶ Longa:qbus mentiſ amica.Sicut longa
nox eſt iis qui amicæ aduentũ ſalſo expectant:uel illis qui per diem operantur:longus dies eſt.

¶CHRI.Magnũ profecto mortalibus Illuſtriſſime Guido Feltri adiumentũ attulit:ea quæ de uita & mo
ribus iſcribiſ phia:ſine qua homini i ciuili ſocietate degenti:non dicã beatam:ſed ne ulla qdẽ uita eſſe poteſt.
Ipſa.n.& uirtutũ omniũ indagatrix eſt qbus ab hoie remotis præter ſolã effigiem nihil qđ qdẽ hominis re
linquitur.Et uitiorũ expultrix:quibus infecta humana mens tm̃ a ſummo bono:cuius cã cætera omnia agunt
mortales:abeſt:ut omniũ ærumnarũ cumulo obruatur.Quapropter iure:quidem optimo diuinus ille Socra
tes apollinis quoq; oraculo ſapientiſſimus eſt appellatus:qm̃ relictis ſubtilioribus naturæ inqſitiõibus philo
ſophiam primũ a cœlo in terras auocauit:ac nõ ſolum intra urbes induxit:uerũ etiã in humanis pectoribus
collocauit.Quod tamẽ tantũ dei donum nõ oĩno priſcos illos ſapiẽtes latuiſſe putauerim:qcunq; ii fuere.q
circa ſæculorũ initia mortales adhuc ſoliuagos:& per ſiluas diſperſos & ſolis ãtris aut ſpelũcis aduerſus cœ
li iniurias defenſos:uictu deniq; ferino uiuẽtes:primo i unam ciuitatem cõpulere:ac deide cõpulſos:ſed tñ p
inſolentiã aduerſus eos cõtumaces in ius:atq; æquabilitatẽ induxere: ut & legibus obtẽperare:& in cõe cõſu
lere aſſueſcerent.neq; alia rõne.Orpheum & tygres leniſſe:ac torrentia flumina redardaſſe:aut ſyluas ſaxaq;
mouiſſe lyra fabulantur:q̃ q; eloquenti ſapientia:& hoĩes efferatos furoreq; cõcitatos reprimere: & ad mitio
res mores reuocare:aut ſtolidos:& penitus ſtupidos excitare:& ad uim uirtutẽq; animare potuerit.Sono cy
tharæ mouit ſaxa Amphiõ:ut ſe in ædificationẽ thebanorũ mœnium componerent.Monſtruoſa hæc fabula
eſt.Sed non id monſtrũ eſt.quod fabulæ figmẽto tegiſ.nam ciuitatẽ thebanã ex collecticia hominũ turba ha
ctenus ſtupida:& ſine ſenſu ac rõne uiuente cõpoſuit.& uerborũ ornatu ac grauitate ſniarũ formauit.Quapp
cum ego.Qu.Hora.Flaccũ tũ in cæteris ſuis uoluminibus:tũ in his:quas in duos libros diſtinxit epiſtolis
ita uniuerſam hanc doctrina amplexũ eſſe uideã.ut & qd ſit ueluti ultimũ ab hoĩe expetẽdũ:& qbus officiis
ueluti uia quadã ad id perueniẽdũ ſit ſapientiſſime eloquẽtiſſimeq; deſcribat putaui eſſe eius hoĩs: q i com
mune pro ſua uirili cõſulat:ea q̃ in illis poetarũ more abſtruſa ac recondita ſunt.ita interp̃tari: ut qcunq; lege
rint:& induſtriam noſtrã non penitus cõtemnant:& laborẽ nõ fruſtra omnino a me ſumptũ eẽ intelligãt & iu
cũditatis ſimul & utilitatis i de ſe aliqd cõſecutos gaudeãt.q̃ q̃ de iis potiſſimũ rõnibus noĩ tuo dedicaui
ut cũ & q̃ ad priuatã:& q̃ ad publicã uitã degẽdã ptinẽt:in hoc uolũine recognoueris:tũ tu & Hor.oĩum poe
tarũ ſapientiſſimũ fuiſſe animaduertas.qũ qdẽ hæc oĩa & rectiſſime ſenſerit:& diluerde copioſeq; deſcripſe
rit tum patrẽ tuũ unicũ nr̃i ſæculi exemplar intuearis.Aiaduertes.n.mõ diligẽter ſingula tãti ducis dicta fa
ctaq; obſerues:illũ neq; in rebus oĩbus cognoſcẽdis ſapiẽtiſſime uerſari:neq; in ſingulis recte agendis ſumma
cũ iuſticia atq; animi magnitudine ſe gerere potuiſſe:niſi ad eã quã a natura ſortitus eſt ingenii diuinitatẽ: &
ad multarũ rerũ diuturnũ uſum atq; experientiã oĩum pene doctiſſimorũ uirorũ uariã multiplicẽq; doctrinã
ſtudioſiſſime adhibuiſſet.Lege igiſ ac plege Illuſtriſſime Guido: ut queadmodũ eorũ bonorũ:q̃ in fortũe te
meritate poſita ſunt.te ſibi iã diu ſucceſſorẽ parat.Sic ẽt earũ uirtutũ q̃ maximæ:q̃ plurimæ:q̃ diuiniſſimæ in
eo ſunt uiuus ualẽſq; nõ ex dodrante aut ex triẽte:ſed ex toto:ut aiunt eſſe hæredẽ futurũ te ſũma cũ aĩ uolu
ptate amplectaſ.Sed ut qñq; ad ipſas interp̃tatiões deſcẽdamus liber epiſtolarũ in mãibus eſt.Epiſtolas ãt
græci id ſcriptorũ genꝰ appellãt:qđ ad abſẽtes mittimus:& quo ueluti pñtes alloqmur uerbũ ductũ ab eo qđ
ẽ ἐπιστέλλειν qđ ea lingua mitto ſignificat.In quo loco aiaduertẽdũ ẽ nomina q̃ a uerbis.e.tenue hñtibus lit
terã e in o cõuertere.Quapp ut ab eo qđ ẽ πονοῦμαι.i.laboro fit πόνος.i.labor.ita ab eo quod ẽ στέλλω atq;
deinde ἐπιστέλλω fit ἐπιστολή & non ἐπιστελή:quo nomine iã latini p ſuo utunſ:dñtq; nõ ſolũ epiſtolã:ue
rũ ẽt in neutro genere epiſtoliũ.Vnde Catullus:Quod mihi fortũa caſuſq; opp̃ſſus acerbo.¶ Cõſcriptũ hoc
lachrymis mittis epiſtoliũ.Latine ãt epiſtolã lr̃as appellamus in plurali tantũ nũero.Quapp unã epiſtolam
unas lr̃as:queãdmodũ unas nuptias:& una arma pſerimꝰ.niſi forte ſua ſnia poetæ:ẽt in ſingulari lr̃am dicãt
ue appet apud Oui.Prima dicte mihi ſũma dicende camœna.Prohemii mũere fungiſ epl̃a hæc.Nã cũ gra
uiori iã ætate cõſtitutus teneriora poemata omittere: q̃uis mecœnatis rogatu ea ſuſcepiſſet.& res grauiores
atq; ex itima phia deprõptas.ut ſibi ciuibuſq; ſuis pdeſſet:lr̃is mãdare decreuiſſet.excuſat igraueſcẽtẽ ætatẽ
ueluti laſciuioribus neqtiis ineptã.& ueluti p̃teritæ negligẽtiæ pnia ductus ſuã in hæc ſtudia pperatiõem de
ſcribit.Captat igiſ beniuolentiã a pſona mecœnatis.cũ illũ dignũ pnunciet:q & olĩ laudatus ſit:& q rurſus
deinceps laudãdus.Captat a ſua:cũ ſe ueluti memorẽ gratũq; bñficiorũ cõmẽdet.Captat a re ipſa.q̃ ad cõem
oĩum utilitatẽ ptineat.Quin & ab eadẽ ipſa re magnitudine utilitatis pp̃oſita auditores in ſumma attẽtionẽ
adduceſ ualet.quã dũ ppõit ſimul ẽt docilitati iſeruit.¶ Dicte.laudate.Vir.Cui nõ:dictus hilas.¶ Spectatũ:
Vel pbatũ.Vir.Et rebꝰ ſpectata iuuẽtus.Vel ſpectatũ:qa trãſlationẽ a gladiatorũ ſpectaculo ſumit.Donatũ
rude.iam a ſcribenti munere liberũ.Rudis.n.ſm Priſcianũ uirga eſt:qua donati gladiatores a gladiatura ceſ
ſabãt.Iuue.Hic ſergiꝰ idẽ.accepta rude cœpiſſet uehicto uideri.¶ Ludo:arte.Nã ludũ latini iocũ dicũt.ubi
ars aliq̃ tradiſ.¶ Eadẽ ætas.Diuerſæ.n.ætates diuerſa ſtudia hñt.Quapp mutatione ætatis fit mutatio mẽ
tis:& uolũtatis.¶ Veianius:Gladiator fuit nõ ignobilis:q aduẽtãte ſenectute ab arte diſceſſit.Erat ãt de anti
quorũ conſuetudine ut q ab artificio aliquo diſcederet:arma & inſtr̃a ſui artificii i tẽplo eius dei ſuſpẽdereſ
in cuius tutela id eſſet artificiũ.Quoniã ergo gladiatura:& robuſtũ & laboribus inuictũ corpus:& animũ in
periculis intrepidũ reqrebat:iccirco herculi oĩum heroũ maximo cõſecrata ẽ.Ergo ut in carminibus arma
ueneris i ueneris tẽplo ſuſpendit:ſic nunc gladiaturæ arma herculi cõſecrat:& a poſtibus eius templi pẽdere
uult.Sic & maro in Buco.Hæc arguta ſacra pẽdebit fiſtula pinu.¶ Ad poſtẽ.De quo noĩe & ualuis & foribus
dictũ ẽ.¶ Agro.nã omiſſa gladiatura dedit ſe agriculturæ.¶ Cæterũ gladiatorũ ludi.ita inſtituebãſ.ut paria
facerent ex iis.& ita illos inter ſe coæquabant:ut eſſet i ipſis paribus æqualitas ætatis:exercitationis:procerꝰ

tatis uirium:& audaciæ. Sicq; cõpoſiti ĩ harenã ꝓdibant:ut ſæpe mutuis uulneribus ambo perirent. Sæpe etiã ſpectatoꝝ clemẽtia ꝓhibebaꝛ uictor ne ſuictũ:& iã uulneribus cõfectũ ulterius ſæuiret: tũq; maxime cũ ille ſupplex populi in theatro ſedẽtis opẽ iploraret. Quod ſignificare uideꝛ poeta: cũ dicit. Ne populũ extrẽa toties exoret harena. Erãtq; q recte occulte ferẽtes aduerſariũ quẽ mirmillonẽ appellãt irretire cõabanꝛ. Canebantq; non te peto: piſcem peto. Quid me fugis galle. Quia mirmillonicũ gẽus armaturæ gallicũ erat:& ipſi mirmillones galli appellabanꝛ: in quoꝝ galeis piſcis effigies inerat. Genus aũt hoc pugnæ inſtitutũ eſt a pyttacho mythileneo q dimicaturus aduerſus phrynonẽ ducẽ athenienſiũ ob cõtrouerſiam de finibus agrorum quæ erat inter acticos:& mythileneos reti occulte lato ĩpediuit phrynonẽ. Fuit aũt apud priſcos cõſuetudo: ut ſiqs ægregius dux in bello occubuiſſet: aliquot ex captiuis hoſtibus ad eius tumultũ tanq̃ inferiæ mactarentur. Quod ĩ pallãte apud Maronẽ legimus: Sulmõe creatos Quatuor hic iuuenes totidẽ quos educat ufens: Viuentes rapit ĩferias: quos ĩmolet umbris captiuoq; regis ꝑfundat ſanguini flãmas. Hinc gladiatorũ munus repertũ nõnulli uolunt: ut primo ex dãnatis paria cõficerenꝛ. Quod nulla iniuria effici putabãt. Nã qui confitiebanꝛ in harena nullã grauiorẽ pœnã dabant q̃ qua damnati fuerant. Siqs aũt euadebat id ſibi lucro apponere poterat. Deinde repti ſunt qui robuſtiſſimos uenales emerent: emptoſq; in hoc artificio exercerẽt: ut deinde ad munera edenda uenderent. Poſtremo hoĩes perditiſſimi reperti ſunt: qui quæſtus gratia huiuſcemõi & periculum & ignominiam ſua ſponte ſubirent. Qui autem gladiatores exercebant laniſtæ dicebantur. Alii dicunt hanc rẽ athenienſes in honorẽ ſcythicæ dianæ reperiſſe. Iulius autẽ capitolinus ſcribit uoluiſſe ro. hoc ludo milites in hoſtes acriores reddere. Ci. in ſecũda tuſculana ait Gladiatores aut perditi hoĩes aut barbari q̃s plagas pferũt: quo mõ illi q bñ iſtituti ſunt: accipere plagã malũt q̃ turpiter uitare. Quã ſæpe appet nihil eos malle q̃ uel dño uel populo ſatiſfacere. Mittũt uulneribus cõfecti ad dños: q q̃rãt qd uelint ſi ſatis eis factum ſit ſe uelle decumbere. Liuius ãt de Scipione. Gladiatorũ ſpectaculũ fuit non ex eo genere hominũ: ex quo laniſtis cõparare mos eſt ſeruoꝝ: qui uenalem ſanguinem habent. Voluntaria oĩum & gratuita opera pugnantiũ fuit. Refert Sueto. Neronẽ ad ferrũ:& ad munera harenæ quadringentos ſenatores:& ſexcentos eqtes exhibuiſſe. ☞ Qui perſonet. rõnem ĩtelligit: uel cõſcientiæ ſtimulũ. Dixit ãt perſonet aurẽ. i. ſonet p aures. Dicimus aũt ſono cythara:& non cytharã: ſed etiã ſono cythara carmẽ doricũ. Sic Virg. Cythara crinitus iopas ꝑſonat aurata Docuitq; maximus athlas. ☞ Purgatã. Non obſtructã: ſed patulã:& audientẽ. Sñia eſt. Ratio mihi dictat. Ego aũt audio:& obtempero. ☞ Solue ſeneſcentem. Alia trãſlatio q̃ a curuli certamine ſumiꝛ. Nã ut errat q equũ quo in iuuẽtute hactenus uictore uſus eſt: iam ſenẽ adhuc ĩ ludis cõtinuare iubet: neq; a iugo ſoluit: ita ego errarẽ ſi ea ſtudia q̃ belle in iuuentute exercui nũc ſenex q̃ ætas grauiora poſtulat turpiter exercerem. ☞ Peccet ad extremũ. Nã equus q in iuuẽtute uelociſſimus fuit in extremo uitæ tardior factus uidetur. ☞ Ilia ducat. Nã qui per ætatẽ grauiores facti ſunt: nõ corpus habile ferũt: ſed tardũ trahunt. Vel ducat q̃ſi nimio hanelitu ꝑducat:& quaſi extẽdat. Nã qui ĩbecilliores ſunt magis laborãt. Ergo magis caleſcunt:& ex maiore calore maior ꝓuenit hanelitus: unde ilia cõcutiunꝛ. ☞ Verſus & ludicra. Nõ ergo oẽs uerſus ſed eos q ad ludos. i. ad res laſciuiores ptinent. ☞ Ludicra. oĩa quæ ad ludos ptinẽt: & ipſe exercitatiões circa ludos:& illarũ inſtr̃a ludicra appellanꝛ. ☞ Pono: nõ ut in ſecordia degã: ſed ut ociũ mihi datũ ad maiora conuertã. ☞ Qđ uerũ atq; decens. Vtrãq; philoſophiã ſignificauit: phyſicẽ quæ circa ueri iueſtigationẽ cõſiſtit:& æthicẽ q̃ uitæ magr̃a ad rectas cõcedẽteſq; actiones nos pducit. Naturali. n. pħo ſatis eſt uerum qđ ſit cognoſcere. Morali ãt quod rectũ iuſtumq; eſt noſſe non ſatis eſt: niſi recte iuſteq; agat. Opus. n. moralis uirtutis non cognitione: ſed actione perficiꝛ. Verũ q̃m liber iſte Horat. totus ex pħia pẽdet:& ad utilitatẽ eoꝝ qui legẽt:& ad uoluptatem ſimul ptinere putamus: ſi rẽ omnẽ in ſuas partes: ſed q̃ breuiſſime fieri poteſt diuidemus. Sapiẽtiæ ſtudium quã græci pħiam noiãt: tripartito diuidere plurimi cõſuevere. Nam oĩs qui de illa ſermo ſuſcipiꝛ: aut rerũ naturã inueſtigat: aut uitam & mores q̃rit: aut uiam certã modũq; diſſerendi edocet. Ex quo phyſicen primã: Ethicẽ alteram. Tertiã dialecticẽ græcis uocabulis ẽt noſtri noiauerunt: Ariſto. autẽ: cuius ordo in rebus cæteris oĩbus præferꝛ: ſuis uoluminibus abſolutiſſime rẽ proſequiꝛ. Quapp q ab eo ſunt peripatetici totũ negocium in ſpeculando:& in agendo ponunt. Et actionẽ quidẽ nos ad beatã uitã inſtruere. Speculationẽ uero q̃m in optima actione cõſiſtat: niſi bene agẽdo cumparari poſſe negant. Primæ deinceps pħiæ rurſus tres partes faciunt. Vnã quæ diuina cõſideret: quã tũ theologiã: tum metaphyſicẽ noiant. Alterã quæ naturalem corporum motũ proprietatẽq; inueſtigat quã proprie phyſicẽ noiant. Tertiã mathematicẽ uocant: q̃ relictis motu ac proprietate ipſi phyſicæ circa ſolas q̃titates eorũdẽ corpoꝝ uerſatur. Theologia eſſentias a materia ſeparatas: ita cõſiderat: ut modo eas: quaꝝ neq; capax: neq; particeps eſt materia: ſed eas quaꝝ & ſi capax materia non ſit: illaꝝ tñ particeps efficiꝛ: ut uidemus eas ſubſtãtias q̃ & ſi extra corpora ĩtelliganꝛ: tamẽ illaꝝ particeps efficiꝛ materia: ut ſunt holum aiæ. Phyſices uero ſubiectũ corpus mobile cũ ſit huius principia ꝓprietates motuſq; in diuiniſſimo phyſicoꝝ libro in uniuerſum expoſuit Ariſtoteles. Verũ cũ mobilis corpis motus uarii ſint: in eo q de cœlo & mũdo inſcribiꝛ: motũ demõſtrat: qui ad locũ dũtaxat eſt. ☞ Nã planetæ cœliq; ita ad locum mouenꝛ: ut tñ ſuã eſſentiã nõ mutẽt. ☞ Nõ. n. mutaꝛ ĩ ſaturnũ uẽus: aut ĩ Iouẽ mars: aut ĩ aliũ aliq: & ſi aſſiduo celeriq; motu rapianꝛ. In libro aũt de generatiõe:& corruptione eũ põit motũ q nõ ad locũ ſolũ: ſed ad formã eſt. Aſſidua. n. tranſmutatione in aquã terra:& in aerẽ aqua atq; rurſus ille in ignẽ uertiꝛ. Sicq; uiciſſim craſſiores cuiuſq; leuioris elemẽti partes in ꝓpinquũ quod ſe grauius eſt deſcẽdit. Eſt tertius motus q fit ad formã mixti imperfectã: qualẽ uidemus in pluuia: grãdine; niue:& huiuſmodi. Eſt & q̃rtus ad formã mixti pfectã in iis q̃ e terra effodiunꝛ: quæ græco uerbo metalla ẽt latini nominant: hoꝝ ſuperiorẽ in meteoris inferiorem in metalloꝝ libro proſeqtur. Veꝝ cũ huiuſcemodi motus oẽs aĩa carẽãt ſcripſit quoq; de aĩa: in quo libro oẽs quatuor ſiue alas ſiue partes ꝓſecutus eſt. Sed & de ſingulis in ſingulis uoluminibus peregit; Nam de ea quæ ſentit ĩ lib. de anima. de ea q̃ uegetat in lib. de plãtis ſcri. Adiungit poſtremo officia ac ꝓprietates diuerſas: ut

de breuitate:& lõgitudīe uitæ. De morte & uita: de ſomno & uigilia: de ſenſu & ſenſato:& de memoria:& re-
miniſcentia. ¶ Mathematicen: quã tertio locu poſuimus bipartito diuidunt. Cũ.n. circa quantũ uerſet: id aut
ſimplex nudũq; cõſiderant: aut cũ aliqua admixtione. Primũ rurſus in continuũ:& diſcretũ partiuntur. Sed
in cõtinuo geometria. In diſcreto arithmetica eſt. Si uero mixta conſideraſ: aut cõſpectui admiſceſ quantum:
unde fluit ea quam proſpectiuã nuncupant. Aut uoci: unde fit muſica. Aſtrologia deniq; & ipſa mixta appella
tur. Et phyſice.n.& duabus partibus mathematices geometria.ſ.& arithmetica cõſtat. Agit.n. de corporibus
cœleſtibus quæ naturalia ſunt: agit de illoꝝ quãto ac numero: quoꝝ alterũ arithmetici: alteꝝ geometræ cõ-
ſiderãt. Sed de phyſice quæ ſpeculationẽ habet hactenus. Ethice uero q̃ actionem cõtinet: & ad mores cõſuẽ
tudinẽq; uitæ ptinet: trifariã ſpectaſ. In eo.n. quo tibi ipſi moderaris ethica. In eo quo familiam gubernas æco
nomica. In eo deniq; quo remp. geris polytica tradunſ. Hæc duas res cõtinet ſummũ.ſ. in humana uita bonũ
ad qđ omnia referunſ: quodq; pp ſeipſum experiſ: atq; officia qbus tãq̃ uia quadã ad ipſum ultimũ finem p-
ducimur in hac tamẽ aut diſputant philoſophi ut qđ ſit ſummũ bonũ: quid uirtus: quid uitiũ & ſimilia: q̃
uim hæc habeant:& in quot partes diſtribuanſ. Aut pcepta tradũt: quibus ad ſummũ bonũ perueniaſ. Diale
cticen deniq; alii inter partes phiæ annumerant: ut ſit tertia illius pars. Alii ſcientiam quidem negant: ſed mo
dum quẽdam:& uiam ad illã:& inſtrm quo ad differendũ ſcientiæ utanſ. ¶ Curo. qđ pertinet ad id qđ agen-
dum eſſe didicerit. ¶ Et rogo. Vt quæ nõdũ didicerit addiſcat. ¶ Vel dixit curo.i. ingro: ut oñdat qđ duplici
uia in cognitiõem icognitoꝝ uenimus: aut noſtro igenio:& iduſtria inueſtigãdo: aut a doctoribus addiſcen-
do. ¶ Oĩs. totus.i. totam mẽtem ad hoc uertu:& ẽ hæc occultior qdam beniuolentiæ attẽtioniſq; comparatio.
Amamus.n. illũ: qui tam aſſiduam uehemẽtemq; opetam iis rebus impẽdet: quæ ad uitã moreſq; humanos
emẽdandos in primis pertinẽt. Attẽteq; id audiũt hoĩes fidemq; rebus illis adhibẽt: quæ tãta diligẽtia ac ſtu
dio inueſtigata ſint. ¶ Cõdo & cõpono. Vel oñdit quod q̃ didicit: nõ ſolũ cõdit.i. memoriæ mãdat: ſed compo
nit.i. certo quodã ordine digerit q̃ deinde poſſit promere.i. ĩ actionẽ deducere. Vel cõdo.i. deſcribo: quod qui
dem cõponere eſt: ut inde promanſ.i. edanſ. ¶ Ac ne forte roges. Maxima accumulatio cõmendatiõis earum
rerũ quas ſcripturus eſt. Nã qui certã aliquam in philoſophia ſectam ſectaſ:& mordicus ita tenet: ut mittere
nolit: huic neceſſe eſt: ut q̃doq; ẽt ea quæ non pbat quo poſitionem tueaſ defendat. Hoc igiſ reliquis philoſo
phis accidit. ¶ Academicis nõ accidit. Hi.n. nihil affirmare audẽt: ſed pbabilia:& q̃ ueri magis ſimilia ſunt: ſe-
cuntur nec ſtoicoꝝ potius q̃ peripateticoꝝ aut aliorũ dogma probãt moti illoꝝ auctoritate: ſed ſola ueriſimi-
litudine: qñ uerũ dephendi ab hoĩbus poſſe negãt. Quapp noſter poeta q̃cunq; ſentit ea nõ aliorum auctorita
te ductũ: ſed pbabili rõne adductum ſeq demõſtrat. Verum qm̃ de uarietate familiarũ quæ ĩ phia uerſanſ
mentio habita ẽ: nõ huic loco ſolũ: ſed plurimis aliis q deinceps iterptandi ſunt: cõducere arbitror: ut rẽ uni-
uerſam: ſed breuiſſimis tñ uerbis percurramus. Socrates primus omniũ philoſophoꝝ de uita & moribus di
ſputauit: ſed mira quadã ironia:& de ſingulis rebus ita uehemẽter in utrãq; partẽ: ut ſinguli pene eius diſcipu
li: ut ſunt diuerſi humanoꝝ ingenioꝝ captus nõ quod ille ſentiret: ſed quod ſibi maxime cõſentaneũ eſſet: ex
hmõi diſputationibus ſibi attiperẽt. Diſputauit q̃doq; ſanctiſſimus ille uir de corpis uolupiate: ſed in utrãq;
partem diſputauit. Aderat cyreneus Ariſtippus hic cũ ingeniũ eius in illã perpẽſus eſſet: non quæ ille aſſere-
ret: ſed q̃ ſibi magis placerent ide diligẽs ſuauẽ in ſenſibus motum.i. uoluptatem ſummũ bonũ eſſe dixit. Hi
ergo cyrenaici appellanſ. Ab eodem ſunt etiam hegeſiaci: anicerii:& theodorii. Qui ab hegeſia:& anicere:&
theodoro huius phiãi diſcipulis: noĩati ſunt. Idẽ ſenſiſſe uideſ. Eudoxus gnidius & Diony. heracleotes: qui
oculoꝝ dolore a Zenone magiſtro ſuo defecit. Alii aũt non in uoluptate ſummũ bonũ poſuerũt: ſed in indo
lentia.i. ĩ uacuitate doloris ut Hieronymus rhodius & Leucippius abderites. Democritus quoq; & ipſe abde
ris natus uoluit finem bonoꝝ eſſe rectũ quietũq; animi ſtatum: quẽ ipſe euthymiam appellat. Epicurus uero
atheniẽſis q̃uis temperatiſſimus:& ſumma iuſticia amãdus eſſet tñ ſummũ bonũ: ita ad corporis uoluptatẽ
rettulit: ut nõ ſolũ ſuauẽ in ſenſibus motũ uoluptatem appellet: uerũ etiã indolentiam quæ longe alia res eſt
ſub eodẽ nomine reponat. Zeno aũt cittieus ex cypro græca ciuitate oĩa ad eas uirtutes q̃ ad rectas actiones in
ducunt rettulit. Itaq; ſolã uirtutẽ ſummũ bonũ putauit: quam ſententiã Socrates in Gorgia demõſtrat: idem
pene ſenſerũt cynici. Idem pytagorici: a qbus italica philoſophia eſt. Idem Bion boriſthenes. Sed a zenone qui
fluxerũt primo zenonii dicti ſunt. Deinde cũ ipſe in porticu Athẽis diſputaret a porticu quæ græce ſτοα ap
pellatur ſtoici dicti ſunt. Cũ & antea poetæ qui eãdẽ porticũ colebãt ſtoici nũcupati fuerint. Plato aũt in con-
templatione ſummũ bonũ ponit: a qua ſnia nec Thales milleſius: nec Bias prieneus: nec anaxagoras clazome
nius abhorret. inchoandũ tamẽ dicit a uirtutibus moralibus: qbus animus ab oĩbus ſordibus expieſ. Nam ĩ
purus dum ẽ: pura ei tãgere non licet. Ab hoc academici ſunt ſic denominati ab academia ſuburbano athena-
rum. Academia aũt nomen aſſumpſit: ut Eupolis ſcribit: ab Academo antiquo heroe. Timon tñ in Platonem
ſcribens affirmat illã olim non academiã: ſed pere ecademiã dictam fuiſſe. Ariſtoteles Platõis diſcipulus ad
uirtutes bona corpis: ut ſunt uires: ualitudo: pulchritudo:& ſimilia:& bõa fortunæ: qualia dicimus diuitias:
nobilitatem: gloriam: honores:& q̃ ſimilia ſunt. Ab hoc ſunt peripatetici ſic a græco uerbo περιπατεῖν: quod
deãbulo ſignificat denoĩati. Nã deambulãdo diſputabãt. Huiuſcemõi ãt deãbulationẽ ſibi ĩ lycio elegit ariſt.
Veꝝ ut Ariſt. ad uirtutes affluẽtiã externoꝝ addidit: ita & Calipho uoluptatẽ:& Dio. uacuitatẽ doloris. Cyni
ci idẽ pene qđ ſtoici de ſũmo bono ſentiũt. Sed erat diuerſus habitus. Nã ſacco iduti pcedebãt. Præterea hoc
impudentiores erãt. Nã quæ nõ eſſent turpia ſactu: ea in oĩum cõſpectu palã fieri poſſe dicebãt. Quapp cum
nõ ſit turpe liberis operã dare in publico ẽt cum mulieribus cõgrediebanſ. Quapp ſiue ab hac ĩpudẽtia ſiue
quod nimis in carpẽdis uitiis mordaces eſſent ἀπὸ τῶν κυνῶν.i. a canibus cynici ſunt appellati. Fluxerũt aũt
ab antiſthene atheniẽſis antiſthenis filio quãuis ex matre thracia nothus eſſet. Ex qbus iam manifeſtũ eſt: q̃
quãuis diuerſa inter ſe de ſummo bono ſentirent philoſophi: non tamen ita a natura defecerunt: ut non alii in

animo:alii in corpore:alii in utroq; fines bonoꝝ:& malorum ponerent. Ex qua tripartita diuiſione Varro adducētas octoginta & octo opiniones rēadduxit:non quæ eſſent:ſed quæ eſſe poſſent. Ait.n.quatuor eſſe quæ homines ſine doctrina naturaliter appetūt. Aut uoluptatem:q̄ ſenſus iocunde mouet:aut quietē:quæ facit:ut nullā moleſtiā corpus ſentiat:aut utrūq; q̄ tamen epicurus uno noīe uoluptatem appellat:aut oīa prima naturæ:inter quæ hæc ſunt:& alia:uel in corpe:ut mēbroꝝ integritas:ſalus:incolumitas:uel in animo: ut quæ magna uel praua in humanis reperiunť ingeniis. Ergo hæc quatuor uoluptas:quies : utrūq; & prima naturæ ita ſunt in nobis:ut uel uirtus:quam poſtea doctrina iſerit:pp hæc appetēda ſit:aut iſta pp uirtutem : aut utraq; propter ſeipſam. Hinc igiť iā.xii.ſectæ ſunt cū ſingulæ ille quatuor triplicenť. Veꝝ deinde iſte duodenarius numerus duplicať. Nam cū quiſq; unā iſtarū ſectarum ſequatur:quæ duodecim ſunt aut propter ſe: aut propter ſociū cui debet uelle idē quod ſibi & erūt aliæ duodecim. Rurſus duplicanť iſta.xx.quatuor:cū ipſa aut ut certa tenemus:ut ſtoici faciūt:aut ut ueriſimilia q̄uis incerta:ut academici noui:Duplicantur ſimiliter hæc quadraginta octo:cū illa aut ſub habitu cynicoꝝ ſectamur:aut ſub habitu reliquoꝝ philoſophorū:ut iā ſint .xcvi. Et rurſus:quia illas alii ita tenent:ut uitā adament ocioſam: & in cōtemplatione poſitā: aut negocioſam & ciuilem ut rempu.adminiſtrēt:aut illam q̄ ſit ex utraq; mixta ut partim neceſſariū negociū partim eruditū ocium ſectenť triplicať numerus & perduciť ad.cclxxxviii.ſectas. Has tamē omnes ita cōſutat Varro:ut oībus exploſis unā quā ipſe uerā eſſe uult:& a ueteribus academicis:q a Plato ſunt;approbatam relinquat. Remouet aūt oēs illas differentias quæ numeꝝ ſectarum multiplicāt. Quod ideo faciundū ait q in illis non eſt finis boni:nec putat aliquā phiæ ſectam dicendā.quæ nō diſtet a cæteris diuerſitate finium bonorū & malorū:quoniā nulla eſt homini cā philoſophādi:niſi ut beatus ſit:qđ autē beatū facit ipe eſt finis boni. Ergo quæ nullum finē boni ſectať nulla philoſophiæ ſecta erit. Cum ergo q̄ritur de ſociali uita utrū ſummū bonū amici ut ſuū curet non de ſummo bono q̄ſtio eſt:ſed de aſſumendo ſocio ad huius participationē boni. Eadē ratio eſt cum q̄ritur utrum aliquā opinionē certā teneamus:ut cæteri philoſophi ſolēt:aut dubitēter:ut academici noui. Nā neq; hic q̄ritur de ſummo bono:ſed utrū illud dubium an certū ſit tenēdum.i. utrum dicamus hoc uerū eſt;an hoc ueꝝ eſſe uideť. Neq; rurſus cū de cynicis dicebať :nō quærebať ſummum bonum:ſed potius quo habitu ſummum bonum ſectaremur. Neq; poſtremo uarietas uitæ an actiua an contemplatiua an mixta ſit finē bonoꝝ uariat. Relinquētur ergo duodecim ſectæ:quæ qdem ternæ a primis quatuor proueniunt. Sed cū illa quatuor ad unū redigenť reſtabūt tres ſectæ. Rediguntť aūt quia oñditur ubi dicunt uoluptatem.quietem:utrūq; & prima naturæ ſatis eſſe dicere prima naturæ:quia uoluptas:& quies i primis naturæ ſint: quæ Varro appellat primogenia. Quapp tres ſectæ reſtabunt. Nam ubi uirtus aut diſciplina aut noſtra induſtria acquiſita ad prima naturæ acceſſerit:quæritur an prima naturæ ſint expetenda propter uirtutem : an ipſa uirtus pp prima naturæ:an utrūq; propter ſeipſum. Eſt itaq; eius inquiſitio cum de ſummo bono non plantæ: non pecudis:non dei ſed hominis quæratur:homo autem ex animo conſtet.& corpore.utrum ſola anima homo dicendus ſit corpus autem ſe præbeat:ut equus eqti. Eques enim nō eſt homo : & equus:ſed homo ſolus ideo tamen eques:quoniam aliquo modo ſe habet ad equū. An corpus ſolum ſit homo aliquo mō ſe habens ad animā:ſicut poculū ad potionem. Nō.n.calix & potio quam continet calix ſimul dicitur poculum:ſed calix ſolus. Ideo tamē qđ potioni cōtinendæ ſit accōmodatus. An uero nec aīa ſola nec corpus ſolum ſit homo : ſed utrūq; ſimul:ut bigas dicimus duos equos iūctos. Atq; hoc modo hominē capit Varro. Vnde ſummū illius bonum quo ſit beatus ex utriuſq; rei bonis cōſtare uult. Atq; propter hoc prima naturæ propter ſe expetenda ait. Ipſam uero uirtutem quā doctrina inſerit uult eſſe artem uiuēdi:quæ quoniā ex aīæ bonis ē.excellentiſſimum eſt bonū. Hæc ergo uirtus cū acceperit prima naturæ:quæ hactenus ſine illa fuerāt:oīa illa propter ſe ipſam appetit:oībuſq; & ſe ipſa utiť eo fine ut oībus delectetur:atq; perfruať magis minuſq;:ut quæq; maiora minora ue ſunt:ita tñ ut quædam minora:ut maiora teneat acquirat aut contēnat. Omniū aūt bonorū uel animi uel corporis nihil ſibi uirtus p̄ponit. Hæc.n.bene utiť:& ſe ipſa & cæteris:quæ hominē beatum faciunt bonis. Vbi uero uirtus ipſa non eſt:q̄uis ipſa ſint bona:nō bono eius ſunt:cuius ſunt:& ob hoc nec eius bona iam dicēda ſunt cui male utenti utilia eēt nequeūt. Hæc igiť hoīs uita quæ uirtute & aliis animi & corporis bonis: ſine qbus uirtus eſſe nō poteſt:fruiť :beata diciť. Si uero:& aliis ſine qbus eē uirtus pōt:uel ullis uel pluribus beatior. Si aūt ita prorſus oībus ut neq; animi neq; corporis ullū deſit beatiſſima. Non.n.hoc ē uita qđ uirtus eſt quoniā nō cōmunis uita;ſed ſapiens uita uirtus eſt. Et tñ qualiſcūq; uita ſine uirtute eē poteſt. Virtus ſine ulla uita nō poteſt. Hoc etiā de memoria dixerim:& de rōne:& ſiquid tale in homine eſt. Quia ante doctrinā: hæc ſunt:& ſine illis nō pōt eſſe doctrina:& ſic nec uirtus:quæ utiq; dr̄. Bene currere āt:& pulchro corpore eſſe:& reliqua huiuſcemodi ſine uirtute eſſe poſſunt:& ſine illis uirtus. Et bona tamen ſunt : & etiam ipſa propter ſe ipſa diligit uirtus:utiturq; & fruiť ſicut uirtutem decet. Hanc uitā beatā etiam ſocialem perhibent eſſe. quæ amicoꝝ bona ꝑpter ſe ipſa diligit:ſicut ſua. Eiſq; ꝑpter ipſos:hoc uelit quod ſibi ſiue domi ſint ut uxor liberi:parētes:& huiuſmodi ſiue in loco ubi domus eius eſt:ut ciues:ſiue in orbe toto:ut gentes:quas ei ſocietas humana cōiungit:ſiue in ipſo mundo quod cenſetur coelū & terra ; ſicut dii quos ſapienti amicos uolunt. Hocq; ueteres academici a nouis differre uolūt:q ipſi non cenſent de finibus bonorū:& maloꝝ dubitādum: ut dubitant noui. Nec ſua intereſſe putāt ſiue cynicoꝝ habitu ſiue alio philoſophenť in his finibus quos ueros putant. Ex tribus autē generibus uitæ ocioſo actuoſo & qđ ex utroq; conſtat hoc tertiū ſibi placere affirmant. Hæc igiť affirmat Varro ueteres academicos ſenſiſſe auctoř Anthioco ciceronis magiſtro & ſuo quem i pluribus Cicero ſtoicū q̄ ueterē academicū fuiſſe uideri uult. Sed nos icciro breuiſſime de finibus diſputauimus:quia ut & ad reliqua q̄primū properandū erat:& multa ſeorſum a nobis ſunt in primo libro noſtrarū chamalduleſium diſputationū poſita:quē ad illuſtriſſimū parentē tuū:qui in utroq; genere uitæ exercitatiſſimus eſt:olim ſcripſimus. Itaq; iam ad propoſitas nobis iterpretationes redeamus. Ait ergo. P Ne forte roges

quo duce.i.quo philoſopho auctore.¶ Quo lare. Qua familia philoſophoꝝ.¶ Tuter. defendã meã ſẽtẽtiã. ¶ Nullius addicti iurare. Ergo fateť ſe academicum. Nam reliqui philoſophi ita eius quẽ ſecuntur auctoris poſitionem tuentur: ut potius falſa defendere tentent q̃ a poſitione diſcedere. ipſe uero tanq̃ academicus ea ex omnibus eligit. quæ magis uera putat. Quid aũt ſit iurare in uerba: & quid addictus hactenus legiſti. Fortuna. Tranſlatio a nauigantibus: & latẽter fœlicitati ad ſcribẽdum adnuere uideť: ſi huiuſcemodi ingeniũ atq; cõſiliũ a natura ſortiamur: ut ueri inueſtigandi facultas aſſit.¶ Hoſpes: Tanq̃ externus amicus. Nã neq; ullius ſectæ ſũ: ut poſſim dici ex ea familia: nec rurſus cuiq̃ ita aduerſarius: ut illius hoſpitio excludi merear.¶ Agilis h. Aptus ad actiones per quas innuit uirtutes morales: ex qbus id genus uitæ perficiť: quod in agendo poſitum eſt.¶ Et me.ei. Oñdit uarias fluctuatiões & ſollicitudines quæ homini in uita: ciuili ẽt ſecũdũ uirtutes ciuiles degẽti euenire ſolẽt: cũ uita ipſa cõtemplatiua nihil tale patiať. Quapropter ueriſſime a ueritatis auctore de utroq; genere dictũ. Nam ad marthã conuerſus quæ actiuæ uitæ uicẽ ſuſtinet ait. Martha martha ſollicita es: & turbaris circa plurima. De maria ãt.i.de cõptemplatione imobilem tranqlitatẽ protulit: q̃do eam partem elegiſſe dicit quæ nõ auferť ab ea.¶ Nũc in ariſtippi. Epicureũ in ſua iuuẽta fuiſſe poetã: hunc oſtendimus. Ergo & ariſtippi cyrenaici dogma tenuit. Nã uterq; ſummũ bonum in uoluptate poſuit. Ergo relabor quaſi reuertor. Labi.n.occultius ẽ q̃ gradi: ut oñdat non oĩa dare uoluptatibus ſed cũ uirtutem ꝓponat non tamẽ aſpernať ꝓceptũ ariſtippi: q uitro ſe offerẽtibus uoluptatibus ita libẽter fruebať: ut & ſi opus eſſet idq; hoĩs grauitas poſtularet facile eſſet illis cariturus. ergo cũ & relabor dixit: & furtim nõ uideť quidẽ oĩno uoluptatẽ aſpernari: q̃do qdẽ una ex illis ſit q̃ prima naturæ appellanť: & qbus uirtus recte utiť: & pp ſe amat: ſed tamẽ ipſi uirtuti lõge poſtponit: q̃ ſnia ut paulo ſupra demõſtraui ab academicis nõ abhorret: & mihi res apertiſſime: academicũ ſe profiteť. Nam cæteri phi ſe rebus adiungunt cũ id quod ſemel poſuerint ẽt ſi non placeat defendere cogenť.¶ Vt nox longa. Mirus progreſſus: & ſpia atq; artificiu accumulatus. Primo.n.grauiore iam ætate ea q̃ leuiora: & adoleſcẽtiæ cõdonanda ſunt: relinquẽda iudicauit. Deide grauiora & quæ ad bñ beateq; uiuẽdũ pertinẽt inquirenda ꝓpoſuit. Sed cũ ad uerũ inueniendum optimo duce opus ſit: ex omnibus phoꝝ familiis academicos tanq̃ excellentiores delegit. Verũ cũ neq; nugas omittere: neq; ſeria ꝓponere: neq; ad illa recta rõne ac uia progredi ſatis ſit: niſi eodẽ ardentiſſimũ ſtudiũ: quo oĩs ſocordia amoueať: acceſſerit. Iccirco tribus efficaciſſimis cõparatiõibus q̃to animi ardore hæc proſequať: mire exprimit.¶ Vt nox. lõ. Oẽs cupiditates ardorem hñt. Sed nulla magis animũ ægrotum inflãmat q̃ cupiditas rei amatæ potiẽdæ: ac hæc ipſi augeť. cũ ſpes ꝓuenit ex amicæ ꝓmiſſis.¶ Dieſq;.l. Procliue eſt humanũ genus a labore ad libidinẽ. Ergo nõ mirũ eſt ſi mercenarius cui inope faciũdo nihil pter ꝓciũ dulce eſſe põt: miſere cupiat diei finẽ: in quo ſui quoq; laboris finẽ uidet.¶ Piger a Lente fluẽs annus. Sunt cupiditates i puero & adoleſcẽte iflãmatiores: q̃ in cæteris ætatibus. Has aũt minime explere pñt: q ſub alieno iperio cõſtituti nihil ex ſuo arbitrio ageř pñt. Ardẽt ergo exire e ptãte illius q̃ maxime ab iis quas cupiunt uoluptatibus arcent. Dura epithetũ eſt diſcretiuum. Nã ſunt quoq; indulgẽtiores matres: quarũ imperiũ nõ ita exhorreãt pupilli.¶ Id quod: Maxima laus ſui propoſiti: cũ huiuſcemodi illud eẽ affirmet: qđ obſeruatũ oĩbus proſit: neglectũ oĩbus noceat.¶ His ele. Modeſta locutio. Non.n.tantũ ſibi arrogat poeta: ut ſe abſolutiſſimas uirtutes acqſiturum dicat: ſed principia quædam ex quibus poſſit perfici uirtus: quæ tãtũ prolunt: ut rectiſſime dixiſſe uideať Ariſt. ipm principiũ eſſe plus q̃ dimidiũ totius. Differunt tñ elementum: principiũ & cauſa. Nã ut refert Ariſt. i metaphiſicis principium dř de cauſis extrinſecis. Elementũ de cauſis q̃ ſunt partes rei.i.de cauſis intrinſecis. Cauſa autẽ dř de utriſq;: ut latius oñdit aqnas ille Thomas in lib. quem de cauſis ſcripſit: Elementa igitur appellamus omnia ſimplicia quæ ulterius reſolui non pñt. Sed inuicẽ compoſita aliquid conficiant: & ꝓpea ſunt illius principium. Vt exemplicã. Eſt aliquod cõpoſitum quã dictionẽ noiamus. Ipſa aũt ex ſyllabis cõſtat: ſed non ueluti elementis. Sunt.n. & ipſe cõpoſitæ ex lřis in quas reſoluunť. Sed cũ ad lřas ꝑueneris: qm ille ita ſimplices ſũt. ut reſolutionẽ nõ patianť: ipſas iure elementa appellamus. Similiter nũc qdã principia ex qbus habitus uirtutum paulatim conſtabiliť elementa nuncupauit.

¶ ACR. Glycõis. Glyco athleta qdã fortiſſimus fuit. Eſt quoddã. Quaſi aliqs dicat. Quid ſtudes phiæ rebus quum non poſſis ad ſummã phiam peruenire. ¶ Prodire te. uſq; ad aliquãtulum doctrinæ ꝑuenire ut pubetenus.¶ Sũt uerba: philoſophiæ præcepta uoces. .i. Idipſum qa uerba uoces idem ſunt. Quaſi nõ ſunt hñdi morbi auaritiæ: qa penitus uitia eruere nemo poterit.¶ Ter pure. ita ait. Ter pure ut ẽ emergunt q ſe purgant. ut Perſ.¶ Tyberino in gurgite mera. Mane caput bis terq; & noctẽ in flumie purgas.¶ Lecto: bñ lecto atq; recte ſine agitatione libidinis.¶ Aurẽ: oĩs hic locus conſonat tuſculanis q̃nibus.¶ Miraris &.o.f. cõſequi idẽ ſtulte optas.¶ Diſce re: hiſteron pteron: nam pri9 audimus.¶ Quis cir.p. Quis cũ ſit fortis nolit in olympiis coronari.¶ Compita dicunť. quæ patẽt in multas uias.¶ Dulcis pal.i; pñus poteſt coronã cõtemnere. Sciens inanẽ eſſe hanc gloriã.¶ Vilius: ocioſæ uitæ ꝓponenda eſt palma. Pal-

Non poſſis oculo quantũ cõtẽdere lynceus.
Non tamen iccirco cõtemnas lippus inungi.
Et quia deſperes inuicti membra glyconis:
Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra.
Eſt quoddã prodire tenus ſi non dať ultra.
Feruet auaritia miſeraq; cupidine pectus.
Sunt uerba & uoces qbus hũc lenire dolorẽ:
Poſſis: & magnã morbi deponere partem.
Laudis amore tumes: ſunt certa piacula: q̃ te
Ter pure lecto poterunt recreare libello.
Inuidus, iracundus, iners, uinoſus, amator.
Nemo adeo ferus eſt ut non miteſcere poſſit:
Si modo culturæ patiẽtem cõmodet aurem.
Virtus eſt uitiũ fugere: & ſapientia prima

Stultitia caruiſſe: uides: quæ maxima credis
Eſſe mala: exiguũ cenſum turpẽq; repulſam
Quanto deuites animi capitiſq; labore
Impiger extremos curris mercator ad indos
Per mare pauperiẽ fugiẽs per ſaxa per ignes
Ne cures ea: quæ ſtulte miraris: & optas
Diſcere: & audire: & meliori credere nõ uis.
Quis circũ pagos: & circum cõpita pugnax
Magna coronari cõtẽnat olympia: cui ſpes
Cui ſit conditio dulcis ſine puluere palmæ?
Vilius argentũ eſt auro. uirtutibus aurum.
O ciues ciues quærẽda pecunia primum eſt.
Virtus poſt nũmos. hæc ianus ſũmus ab imõ
Perdocet. hæc rcinũt iuuenes dictata ſeneſq;
Læuo ſuſpenſi loculos tabulamq; lacerto.
Si quadringentis ſex ſeptem milia deſunt
Eſt animus tibi. ſunt mores: & lĩgua: fideſq;.

me ꝑponẽda ẽ uirtus. Hæc ianus. Duo iani ante baſilicã pauli ſteterũt ubi locus erat fœneratoꝝ ianus dicebaẽ locus in quo ſolebãt cõuẽire feneratores. i. oẽs qui cõueniũt hæc loquunẽ. i. has fabulas ſenes docẽt & pueri quibus pari imperitia animus eſt: & per hæc ſint contẽnẽda quæ dictãt. ¶ Loculos: cõſuetudo quõdam fuit: ut iuuenes phiæ operã dantes: & Senatores in curiã intrantes in læuo brachio ferrent tabulas ad quoddã exarandũ: & loculos ad aliquid ſibi emẽdũ: ut oſtenderẽt: quia q uolũt diuites eſſe: ſapientiæ ſe primo ſtudio conferãt & eſt hypallage. ¶ Suſpẽſi la. pro habentes tabulas ſuſpenſas. lacertis.

¶ POR. Non poſſis. o. his reſpondet quia ſtudio ſapientiæ deterrentes negant pfectam ſapiẽtiam quẽquam aſſecutũ dicens contentos nos eſſe debere quãtulocunq; præcepto. eo enim utiq; deteriores non erimus. ¶ Laudis. a. inanis gloriæ cupiditatem ut perniciosum uitium ex præceptiõibus quibuſdam ſanari poſſe ait. itaq; decenter ſubiicit. Ter pure lecto libello uelut ad ſacrificandum caſte ac lotis manibus accedendum putat. ¶ Impiger extre. Hoc loco Theognidis uerſus imitatus eſt qui ait χρὴ πενίην φεύγοντα καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον ῥιπτεῖν καὶ πετρῶν κὰκ ἠλιβάτων. ¶ Et. c. c. p. Similitudine admõet ut a paruis ad maiora bona cupiditates conferamus. ¶ O. c. c. q. p. p. ad ianos eos qui ſunt in regiõe baſilicæ Pauli fœneratores conſiſtunt: a quibus uult tanq̃ a magiſtris doceri populũ ne quid pluris pecunia hẽant. Vnus. n. illic ianus i ſummo alius i imo ẽ quod hic inducit monere. ¶ Hæc. r. aſſentiuntur & quaſi reſpondet.

¶ CHRI. Nõ poſſis. Cõtra ſtoicoꝝ paradoxa hæc ſnia ẽ: ſed tñ alioꝝ phoꝝ ſcholis defenſa. Illi. n. dicũt oẽs ſtultos inſanire. i. oẽs qui carent pfecta & abſoluta ſapia: q̃uis in ea multũ pfecerit ut de Socrate legiẽ: in nihilo differre ab iis qui penitus inſani furioſiq; ſunt. Reliq uero phi contra ſentiunt. Multum. n. uolunt intereſſe inter Socratem & quemuis aliũ ſceleſtum uirũ. Hac ergo ſnia uſus poeta optima ſimilitudine oculoꝝ id demonſtrat. Nam cõducere ait lippis ut q̃uis ad integrum uidendi ſenſum redire deſperent: tñ eo collyrio ungant quo cæcitatem arceãt. Sed de lynceo & lippo iã dictum eſt. Quod uero dixit ſolet optima rõne dixit. Ingenue. n. fateẽ ſe non hẽre integrã uirtutẽ: in qua ſola fœlicitas ẽ: ſed elementa ipſius. Ergo ẽ in miſeria: qm̃ non uirtute pfecta. At nec rurſus in extrema miſeria: qm̃ iã ĩgrediẽ ad uirtutẽ. Hoc ergo in miſeria ſibi ſolatiũ ẽ. ¶ Et qa d. c. p. Nã q̃uis nõ hẽas corpus ita robuſtũ: ut glyco athleta iuictꝰ: nõ tñ ita negligẽda ẽ illius cura: ut i chiragrã icidas. Nã ſi nõ robuſtiſſimo. tñ ſano uti poteris. ¶ Nodoſa: nã cũ i iternodiis digitoꝝ craſſio hũor cohæreſcat turgeſcit locꝰ tãq̃ nodi lapilli ue ſint. Vñ & Perſ. Sed cũ lapidoſa chiragra fregerit articulos. Eſt ãt morbꝰ hic dictus ἀπὸ τοῦ χειρὸς. i. manus: & ἀγρεύω. i. capio: qa manũ occupet & capiat. Eadẽ in pede podagra ẽ. Nã græci ποδὸς pedẽ dñt la ſic articularis morbꝰ nũcupaẽ. ¶ Quoddã te. Vſq; ad aliqđ ſpaciũ differũt ãt tẽus & uſq. Vſq. n. ꝑpõiẽ niſi ſint noĩa ꝓpria urbiũ. Nã dicimꝰ romã uſq; ꝑterea iũgiẽ aliĩ ꝑpoſitõi: ut abuſq; pachynõ. Tẽus uero poſtpõiẽ: & q̃nq; gtõ iũgiẽ: ut currũq; tenus palearia pẽdẽt. Eſt licet. Feruet aua. Quia peſſimũ ẽ oĩum uitiorũ auaritia: idc incipit: q ſi nõ põt in hoĩe nõ ſapiẽte penitus tolli põt tñ leniri: & minui. ¶ Feruet: æſtuat. Nã ipa cupiditas ẽ hñdi & oẽs cupiditates ardores ſũt. ¶ Sũt uer. & uo. i. pcepta q ſi obſeruẽẽ auaritiã minuãt. Verba q ſcripta ſũt a priſcis phis. Voces q ꝓmunẽ a uiuẽtibꝰ. ¶ Morbi: uitii: nã ſtoici morbos ãi uitia appellãt teſte Cic. i tuſc. ¶ Laudis. a. poſt auaritiã iure ãbitionẽ ponit. ¶ Piacula. Nã qa ſcelera q̃buſdã ſacris expiabãt: q piacula dicebanẽ. placuit ſanctiſſima phiæ pcepta: qbus uitia remouẽẽ piacula appellaẽ. certa. Minime fallentia. ¶ Ter alluſit ad ſacrificiũ: quia piaculũ dixerat. Nã ternarius nũerus in diuinis pfectus eſt. Vir. Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore Licia circundo. terq; hæc altaria circum Effigiem duco numero deus impare gaudet. ¶ Ferus. Nam cum homo propter rõnem homo fit: cum appetitũ illa ſpreta ſequitur: in imanem feram abit uitia ſuſcipiens. Deinde efferatus exuendo uitia paulatim feritatem deponit & miteſcit cultura phiæ ut ager boni agricolæ cultura. ¶ Virtus: q̃uis uirtus ſit firmus hitus i rõne bene iuſcepta: tamẽ quoniã nõ poteſt intrare animum uirtus niſi uitium eius contrarium prius remoueaẽ: uidetur eſſe initiũ uirtutis ipſa uitioꝝ fuga. Ergo prima uirtus. ideſt principiũ uirtutis. ¶ Et ſapientia pri. Apud hos philoſophos ſapiens bonuſq; idẽ eſt. Nã ille ſapere dr̃ qui bona a malis diſtinguit diſtictaq; eligit: qđ ꝓpriũ bõi uiri eſt. Ergo prima ſapia q eadẽ ẽt pbitas eſt. ¶ Stultitia. Ergo uitiis: nã oĩum uitioꝝ mr̃ ſtultitia ẽ. ¶ Vides q ma. Qui ſtultitia caret cognoſcet nihil meliꝰ eẽ uirtute: q̃ re ab eo pſpecta uirtutẽ cæteris oĩbus pfert: nã & q bona putamus ea duce natura expetimus: & cõtra mala fugimus. Quapp ſi pauptatem quia malum id putamus tot piculis laboribuſq; fugimus q̃to magis uitiũ fugiemus: ſi id maximũ malũ eſſe intelligemus. ¶ Impiger ex. Locus a maiori: Nã ſi ut pauptatem: q aut nõ ẽ malũ: aut certe paũ eſt malũ: fugias: tu curris uſq; ad indos gẽtẽ nobis icognitã: & a nobis lõgiſſime rẽotã: nõ tuto itinere: ſed p piculoſiſſimã nauigationẽ: & aſperrima ſaxa. i. mõtes, q̃to magis in tua pſia: & ſine piculo & labore debes diſcere & audire. ſ. rões: & credeẽ meliori. i. ſapiẽtiori: ut pariter & rõibꝰ doctus & auctoritate motus nõ cures. i. nihil facias ea q tu miraris: & optas

ſtulte:qm̃ bõa nõ ſunt.☞ Quis.ſnia ẽ:nullus erit q pugnet i uilioribꝰ plebeiſq; certãinibus:q̃lia ſunt i pagoꝝ cõpitis q quidẽ recuſet coronari in certamie olympico maxĩo nobiliſſimoq; oium:ſi poſſit coronam ſibi ſine puluere.i.ſine certãmine acqrere.Quapp & tu q ut minora bona aſſequaris tm̃ laboras:puto uoles eodẽ labore ẽt maiora bona acqrer̃.☞ Pagos & cõ.i.cõpita pagoꝝ ut pateris libamus & auro.i.pateris aureis.☞ Vilius ar.Cãm quare diuitias uirtuti p̃ponat oñdit eſſe q̀ ipſe pluris eas ex uulgi opĩone faciat:q̃ uirtutẽ.Et uulgus ĩducit ita loquẽs.☞ Hæc ianus.De hoc deo dictũ ẽ.Sed hic ĩtelligit ianũ ꝓ mercatoribus : a quibus colit̃ qm̃ tẽplũ ſuũ habeat inter duo fora.& ppea dixit ianus ſũmus ab imo.q.d.ſi icipias ab ima parte unius fori uſq; ad ſũmam alterius oẽs mercatores hoc clamabũt.Habebat aũt plura tẽpla ianus:ſed i hoc ſacratus erat.Cuius rei teſtimonio eſt Oui.in lib.faſtoꝝ:cuius uerſus ſunt.Cũ tot ſint iani cur ſtas ſacratus in uno.Hic ubi iũcta foris templa duobus habes.Erant aũt fora boarium & piſcarium.☞ Hæc recinunt dictata.i.iterũ canũt & referunt:qm̃ ſibi placent.☞ Dictata:quæ ab aliis acceperunt.☞ Si quadringentis.Quam ſummam equeſtrem eſſe in ſuperioribus demonſtrauimus.Et eſt ſnia.☞ Quãuis ſit tibi aĩus.i.ſapientia & mores.i.uirtutes morales:& ſic ualebis in utraq; philoſophia:& ſi ad tãtam doctrinam atq; probitatẽ addas linguam & fidem.i.eloquentiam adiũctam probitati.Quæ quidem res faciũt hominẽ pfectiſſimũ & abſolutiſſimũ:ut iure poſſis nobiliſſimus appellari:& deſint tibi ſex uel ſeptẽ ad ſummã equeſtrem:nõ inter ſenatoriũ aut equeſtrẽ ordinem:ſed inter plebẽ annumeraberis.

Plæbs eris:at pueri ludentes rexeris aiunt:
Si recte facies.hinc murus æneus eſto
Nil conſcire ſibi:nulla palleſcere culpa:
Roſcia dic ſodes melior lex.an puerorum
Nænia:quæ regnũ recte facientibus offert:
Et maribus curiis & decantata camillis?
Is ne tibi melius ſuadet:qui rem facias.rem
Si poſſis recte.ſi non.quocũq; modo.rem
Vt ppiꝰ.ſpectes lachrymoſa poemata pupi:
An qui fortunæ te reſponſare ſuperbæ:
Liberũ & erectũ præſens hortatur.& optat?
Quod ſi me populus romanus forte roget:cur
Non ut porticibus ſic iudiciis fruar iſdem
Nec ſequar.& fugiã:quæ diligit ipſe:uel odit:
Olim quod uulpes ægroto cauta leoni
Reſpondit:referã:quia me ueſtigia terrent
Oĩa te aduerſum ſpectãtia:nulla retrorſum.
Belua multoꝝ capitũ es.nã qd ſeq̃r:aut quẽ.
Pars hoium geſtit cõducere publica.ſunt qui
Fruſtis & pomis uiduas uenentur auaras.
Excipiantq; ſenes:quos in uiuaria mittant.
Multis occulto creſcit res fœnore.uerum
Eſto aliis alios rebus ſtudiiſq; teneri.
Idẽ eadẽ poſſunt horam durare ꝓbantes?
Nullus i orbe ſinus bais prælucet amœnis
Si dixit diues:lacus & mare ſentit amorem
Feſtinantis heri:cui ſi uicioſa libido
Fecerit auſpicium:cras ferramenta theanum
Tolletis fabri.lectus genialis in aula eſt:

ℭ ACR.Plebs.Quoniã roſcius iuſſit nõ debere fieri eqtẽ romanũ niſi hret q̃drigẽta millia æris.Roſcius melius docet:q dicit undecũq; habendã eẽ pecuniam.An pħs q mõet cõtẽnẽdã eẽ ſupbã fortunã.☞ Nænia.laus mortuoꝝ ſed hic quoq; cãtilena.ut alibi. Merita uox quoq; nænia dicet̃.☞ Plebs eris.i.i q̃tuordeci ordinibꝰ nõ ſedebis.☞ Curiis: uir curius fortiſſimus fuit:q corĩthios uicit:hoc dicebãt & curii & Camilli: is regnũ hẽt q poſſit facer̃.☞ Decãtata.nota ẽ:cõditio ualde nota iã in ore habita.☞ Suadet: ſuademus etiã mala hortamur ad bona.☞ Puppiꝰ:tragœdiographꝰ ita affectus ſpectãtiũ mouit ut eos cõpelleret:ide iſtũ uerſũ fecit.☞ Flebũt amici.& bũ noti morte mea: Nã pħs i me uiuo lachrymatus eſt.☞ Reſpõſare: cõtumaciter rñdere.his rñdet:q aduerſa æquo aio tolerant. ☞ Nõ ut.p.qa piculoſe tecũ cõſẽſere Gracchi. de lege agraria iiſdẽ iudiciis uolũtatibꝰ uel opiniõibꝰ.☞ Referã hoc illi rñdo.Quia uidet multos piiſſe q tibi ꝯſenſerũt.☞ Terrẽt.ſẽſus ẽ.Quoniã ppſos cõtrarios tibi ſuſcipis & ãplecteris:neq; a te qcq̃ prudẽtie pficiſcitur.☞ Oĩa te ad.Quis ſiqs ſeqt̃ uolũtatẽ tuã:nullũ iã hẽt circa ſapiam reſpectũ.☞ Capitũ diuerſaꝝ opinionũ.nõ alicuiꝰ certi cõſilii.☞ Geſtit.ſũt q dicũt bonũ ẽ agros publicos cõducere uiduas iſidiis capiãt decipiant eas.ut ſibi uẽdicẽt res eaꝝ.☞ In ui.i.decipiãt eos: ut poſſint callide eorũ hæreditatẽ auferre.☞ Creſcit res.Quia iterdũ neſciũ fœneratores quot mẽſiũ accepturi uſuras.☞ Verum:ſenſus ẽ.Scio inqt:q̀ nõ ſit oium una ſnia.illud nõ tolerabile ẽ.Quod ꝓpoſita ſua mutãt i horas.☞ Eſto.i.cõcedo.ut diuerſa ſentiãt hoies:ſed nõ iuenies q i ꝓpoſito pſeueret.☞ Lacꝰ te ma.i.& iã lacus & mare.i.ẽt lacus & mare diuitũ conſentit ſententiis.Qui ſupra mare & lacus conſtituunt ædificia.☞ Cras fer.ille poſitus apud baias:ſi delectatus fuerit alio loco cõtinuo iubet ferramenta transferri ad cõponẽdũ ꝑtoriũ.☞ Thebanũ.theana ciuitas ẽ certe abundans optimis fabris & ſartoribus.

ℭ POR. Roſcia die ſo.Lex roſcia ẽ q̃ cauet ut ꝓximis ab orcheſtra.xiii.gradibus ſpectent:qbus cenſus eſt q̃dringentorũ ſeſtertioꝝ in hoc ergo unũquemq; laborare ut amplius pĩmoniũ hẽat ut i.xiii.ordinibus ſedẽs ꝓpius ſpectẽt poemata puppi cõtra pueri luſu cãtare ſolẽt.Rex erit q recte faciet.Qui nõ faciet nõ erit:quã ſniam meliorem ait:qa nõ diuitiis:ſed uirtutibus honor habet̃:Hæc lex roſcia eqtibus data eſt:ut i primis.xiiii.gradibus ſederent ii qui q̃dringẽta ſeſtertia hrent.☞ Et ma.cu.mares nũc ꝓ fortiſſimos poſuit.Rñdit referã:qa me ueſtigia terrent.Ad paradoxa ſtoicorũ deſcenſum ſibi facit.& oñdit q̃ ſibi populus cõtraria facit.Luciliana ſunt hæc.a fabula ergo æſopi arguit inter ſe repugnãtiam hoium:dicens belluã multoꝝ capitũ eſſe idẽ eadem pñt horam durare utraq; hæc dicuntur a ſtoicis inſaniã uulgi primum q̀ inter ſe diſſideant.Deniq; q̀ a ſemetipſis mutant ſubinde ꝓpoſita:

